mo vt miniſtros xp̄i et diſpenſatores miſteriorū dei.
Nouit autem fidelis ſeruus et prudens quem conſti
tuit dominus ſuper familiam ſuam. Ubi tm̄ vſurpa
re diſpenſationem vnde bonam poſſit habere recom-
penſationē. Propter hoc q̄ritur inter diſpenſatores
vt fidelis quis inueniatur. Et eadem fortaſſe fideli-
tas a ſubditis exigitur in obtemperando que a pre-
poſitis in diſpēſando: et quia quidam prelati nimis
preſumunt ſe poſſe dominari regule. Audi q̄d idem
in eodem libro dicat. Neq̄ enim abbatis ſupra regu
lam eſt (cui ſe ſemel et ipſe ſpontanea ſubmerſit pro-
feſſione) dominari. Et idē. Supra fratrum ſane trā-
greſſiones non ſupra traditiones cōſtituitur qui; ab
bas eligitur mandatorum cultor et viciorum vltor.
Uerum quia aliquis deuotus ſubditus dubitaret
vtrum teneretur contra regulam obedire prelato vel
in his que ſunt extra regulam. Subdit proinde ſi p̄-
feſſo ſecūdum illam regulam abbas meus michi ali
quid imponere forte tentauerit quod ſcilicet non ſit
licitum ſecundum regulam. Que nam queſo in hac
re michi neceſſitas imminet obſequendi ſolū quip-
pe id a me poſſe exigi arbitror quod promiſi. Opor-
tet ergo eum qui preeſt non frena laxare voluntati
ſuper ſubditos: ſed prefixam ex regula ſibi ſcire men
ſuram et ſic imperia ſua moderari. Nil me prelatus
prohibeat eorum que promiſi nec plus exigat q̄ pro-
miſi. Uota mea non augeat ſine mea voluntate nec
minuat ſine certa neceſſitate. Neceſſitas quippe nō
habet legem et ob hoc excuſat diſpenſationem. Alio
quin et abſq̄ neceſſitate voti remiſſio non diſpenſa-
tio ſed preuaricatio eſt et reſtrictio contra volunta-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem murmur eſt non prouentus. Hec Bernardus. Dicit etiam Humbertus in expoſitione regule beati Auguſtini ꝙ ſi prelatus diſpenſet ſine cauſa neceſſitatis vel vtilitatis cum aliquo fratre circa vſuꝫ alicuius rei et incertum et ſubditus aliquando habet animum reſignandi vt ſi fuerit requiſitus vterꝙ adhuc peccat prelatus in abuſum poteſtatis ſibi a deo tradite in edificationem ⁊ ſubditus peccato auaritie cum teneat aliquid ſine rationabili cauſa vt pote librum vel aliquid huiuſmodi de quo alius proficeret tanꝙ pecuniam in ſudario quam dare in lucrum commune debuit. Hec ille. Quid igitur de habentibus veſtes pecunias libros lactiſternia et huiuſmodi ſine neceſſitate aut vtilitate communitatis. Immo potius cum detrimento eius. Certe ſtatus periculoſus eſt ille valde. Concordat dictis Hoſtiñ. et Johannis Andree in nouella ſuper capitulo. Cum ad monaſterium extra de ſtatu monachorum dicentes. Sicut contra votum non valet conſuetudo ſic nec contra religionem. Et eadem rotio. Sine ratione nõ eſt diſpenſatio ſed diſſipatio. Quia ſecundum yſidorum. Lex eſt quod ratione conſtiterit. Ad idem eſt Bernardus vt prius de precepto et diſpenſatione. De hac etiam materia format Johannes de neapoli tria dubia. ¶ Primo dubitatur an religioſus habens clenodia veſtes ſuperfluas libros ſibi inutiles quibus nec vtitur nec vti poteſt iudicari poſſit habere proprium. ¶ Reſpondet idem parte ſecunda queſtione. cxvij. nichil refert rem habere vel precium aut eſtimationem eius vt de vſu fructu et quemadmodum quis vtatur. Probat hoc per multas leges ciuiles et ꝙ omnis res que poſſidetur pecunie nomie ſignatur. Cum ergo apud religioſum de quo queritur ſine cauſa ſint vel veſtes vel clenodia vel

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

libri vel quecunqꝫ alie res quibus icumbit ſicut gal
lina ouis: conſtat cum huiuſmodi ſint ei inutilia ni
ſi ad theſaurum congregandum ꝙ huiuſmodi ſint ſi
ne cauſa apud ipſuꝫ. Que autē ſine cauſa ſunt apud
aliquem mala fide id ē cōſcientia ſūt apud eum cum
habentes ditias xpianorum victum ⁊ amictum his
contenti eſſe debeamus ceterum quia propriū eſt qꝺ
conuenit vni ⁊ ſoli ſecundum logicos non poteſt di-
ci non eſſe proprium quod religioſus ita ſibi vendi-
cat quancunqꝫ rem vt non ſit in libera poteſtate pre-
lati diſponendi ⁊ diſpēſādi de re illa ⁊ maxime ſi ea
quorum poſſeſſioni incumbit quamuis falſa et inuti-
li diſpenſatione innitens et confidens videatur bōa
fide poſſidere. Si tamen cōſcientiam ſic diſpoſitam
habeat ꝙ ſi auferantur ſibi que poſſidet a prelato
poſſeſſa reliquat cum murmure ſeu difficultate eſti-
mans ſibi iniuriam fieri. Aut ſicut queſitum eſt incū
bat in quacunqꝫ ſpecie rebus quarum vſum habere
non poteſt in hoc caſu conſulo fideliter vt vnuſquiſqꝫ
conſciētiam propriam ſuo ratiōis legitime perſcru-
tetur. Hoc de Johanne. Ad difficultatem eiuſdem q̄
ſtionis videlicꝫ quid ſit proprium in religione ⁊ quis
ſit propetarius cenſendus clarius reſpondet domi-
nus Albertus magnus in epiſtola quam miſit pro-
uincie theuthonice ſui ordinis quando prouincialis
erat. Ne inquit proprietatis vicium ſancte profeſſio
ni paupertatis noſtre poſſit ſubripere volo vt nul-
lus frater aliquam habeat diſpenſationem nummo-
rum aut quaruncunqꝫ rerum que ad eius conſilium
ſiue eius vtilitatem ſeu aliorum modo quolibet con
uertantur non conſcio prelato ſuo vbi ſit illi pecuni-
am aut res alia et qualiter diſpenſetur. Nam ſi qͥs
ſecus faceret et prelato inſcio huiuſmodi res diſpen
ſaret aut diſpenſandas ſuo conſilio ſeu arbitrio re-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſeruaret eum proprietarium reputarem et tanq̃ noſtre profeſſionis violatorem regulariter condemnaremus. Hec ille. ¶ Dubitatur ſecũdo an prelatus nõ diſtribuens monachis vel fratribus neceſſarium victum et veſtitum ſed permittens quemlibet exibere ſeipſum peccet mortaliter. Reſpondet Johannes de neapoli parte. ſecun. queſt. cxvij. Cum abbas peccet mortaliter permittendo monachos fornicari vel rebelles ſibi exiſtere ſic peccat mortaliter non prouidendo eis de communi cum per hoc preſtat ſubditis caſum et occaſionem habendi propria. Innumerabilia enim ſunt peccata que incurrunt et in quibus inuoluuntur ſubditi quibus ſecundum preceptum regule de communi non prouidetur in vite neceſſariis Hec ille. ¶ Tercio dubitat an valeat excuſatio quam allegant prelati q̃ in monaſteriis non poſſunt teneri iura communis regule. Reſpondet idem parte ſecũda que. cxviij. Primo improbando excuſatiões prelatorum et ſubditorum. ¶ Secundo dat conſilium ſalubre. Tercio auiſat per exemplum. Excuſant enim prelati ſe dupliciter. Uno modo q̃ non ſit poſſibile. contra quod eſt illud actuum ſecundo dictum de primitiua eccleſia. Erant illis omnia communia et q̃ nullus erat egens inter illos. Item ſanctus Auguſtinus cepit viuere ſecũdum regulã ſub ſanctis apoſtolis conſtitutam. Et ante eum multi et poſt vt late patet. xij. queſt. prima per totum. Iterum ſi non ẽ poſſibile ergo impoſſibile ſed ad impoſſibile nullus obligatur. ergo non ſunt religioſi cum religioſus nõ poſſit habere propũm. Alio modo dicunt prelati ſe excuſando monachi vel fratres ⁊ vniuerſaliter regulares non redigunt in commune ſed faciunt omnes ſibi in propria et peculiaria et ideo non habet prelatus vnde prouideat de communi. ¶ Ad quod.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reſpondet Johānes. religiones ditiſſime ꝛ pinguiſſime quas nec fiſcus exhaurire pōt nūqd non valeant ꝓuidere vt xp̄s victū ꝛ veſtitum diuicias religioſoꝝ habeat. De ordinibus autem mendicantium quorū quidam beati Auguſtini regulam ſunt profeſſi ſic loquitur: auguſtinus. Quanto amplius rem cōmunez ꝙ propria vr̄a curaueritis tanto amplius vos proficere noueritis. vt in omnibus quibus vitis tranſitoria neceſſitas ſuperemineat que permanet charitas que ꝯia propris non ꝓpria cōmunibus anteponit. Subditi proinde ſe excuſant dicentes nobis non prouidetur de cōmuni quo ꝯtra opꝫ nos nobis propria facere. Reſpondeꝛ horū dānatio iuſta eſt. Fatenꝛ eni ſibi facere propria ex cauſa friuola quā pretendunt. Satius enim erat mori fame ꝛ frigore exemplo apoſtoli qui in fame ꝛ ſiti ꝛ frigore vitā exegit ꝙ cū pctō mortali vitam damnabilē cōtra rōnabilē ꝯſciam ducere. Sicut meliꝰ eſt pudice mori ꝙ ipudice viuere. Inter has inquit Johannes duas aſſertiones eq̄lr ī probabiles reſtat ꝯſiliū cū quo ꝑceptū tenebiꝛ rglare vt oēs ſubditi excutiāt manꝰ ſuas a proprio ponētes ad pedes prelatorum omnia ꝛ ſingula in paruo ꝛ in magno in quacūq̧ ſpecie ex quacunq̧ cauſa eis obueniant et prelati eis de communi prouideant ne ſanguis ſubditorum de prelatorum manibus requiratur. Audiui enim a quodam magiſtro viro vtriuſq̧ iuris pitiſſimo ꝛ in cauſis tritiſſimo dicente michi. Si ego ſciuiſſem modum habendi et recipiendi aliquid priuatim. quem ego in ordine inueni. ergo nūꝙ veniſſem ad ſtatum iſtum. Magnipendi verbū illud ab homine tam religioſo cuius vita tam exēplaris fuit vt mirarentur ceteri. Et magnipendendum cōſulo ceteris iuris ignaris. Hec Johannes. Satis igitur patet ꝙ inanis ſit octaua obiectio de diſpenſa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionis velamine per quod multi totaliter fere ſeip=
ſos conformant ſeculo.

¶ Duodecimũ capitulum qñ cauſantur neceſſaria ĩ
victu ſe non habere tradit quõ tunc fieri debet ⁊ quã
ta confidentia ſit habenda in deo de temporalib⁹ mi
niſtrandis.capitulum.xij.

AD nonũ qñ adducũt neceſſariorũ vict⁹ ⁊ a
mictus ſi reformarent defectionẽ. Rñdet
ꝗ mõaſteriũ reformabile aut eſt de ordine
poſſeſſionatoꝝ aut nõ. Si pͥmũ tũc ẽ poſſeſ
ſionatũ ſeu reddituatũ a deo ꝗ victus neceſſaria ſin
gulis poſſẽt diſtribui oĩbus in cõe redactis. Aut om
nes aut ꝗdam tm̃ hñt de ſibi ad vſũ conceſſis ꝗ ſi in
ꝯmune imponerent omnes poſſent habere victũ ne=
ceſſarium. Aut neutrũ.ſ. ꝗ nec a ſinguloꝝ bonis nec
a monaſterij bonis tm̃ poſſet haberi ꝗ cõitatẽ reꝝ ꝓ
ſufficientia habere poſſẽt victus ſtantibus tot ꝑſõis
in mõaſterio. Si pͥmũ tũc null⁹ ſe excuſare põt ꝗ nol=
let ex cõitate viuere ſi alij reſignarẽt qꝛ tunc nulla cã
eſt diſpenſandi cum tali in habẽdo appropriata quo
ad vſum incertum. Si ſecundum tunc quicunqꝫ ipe=
diunt poſitionem rerum temporalium ad cõitatẽ nõ
pñt tales excuſari ex ꝓcedẽti rõne. Si terciũ tũc mi=
nuere deberẽt nũerũ frm̃ medijs oportunis ⁊ tot ma
nere quot eſſẽt ſuſtẽtabiles ꝑ bõa ꝗ ꝓ cõitate mãen
tiũ ſufficere poſſẽt. His ꝯcordat hugo de folieto.li.
ij.de clauſtro aie.dicẽs de ordiatiõe clauſtri matial'
conſideranda nobis.iiij.occurrũt. Qui ſunt qui te=
neant ordinem:aut quid teneant:vbi maneant:⁊ vn=
de viuant vt plures ſint ⁊ boni propoſiti vt cohabi=
tandi ſuppetant edificia et victui habeant neceſſaria
Si tamen in numero diſcretio:in propoſito deuotio
in edificijs mediocritas :in rebus poſſeſſis frugali=
tas. Tenenda eſt diſcretio in numero fratrum vt tot

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſimul cohabitēt: qui ordinate viuere poſſit ne vel ex-
cuſante paucitate irregulariter viuāt: vel pro multi
tudine cohabitantium neceſſitati eorum illicita que
rant. Qui enim multos congregauit neceſſe eſt vt
eorum victui multa querat. Sed dum querunt plura
creſcit exterior cura. Hec ille. Ideo canon clementis
diſtinctione. xxiij. Tales dicit. Tales ad monaſteriū
eligantur clerici qui digne poſſint ſacramenta diui-
na tractare. Melius eſt enim vni ſacerdoti paucos
habere miniſtros qui poſſunt digne opus dn̄i exerce-
re ꝙ multos inutiles qui onus graue ordinatori in-
ducāt. Et gloſa ibi per multa iura probat ꝙ multitu-
do facit facit aliquos magis viles et eſt canonibus
inimica. eſt oneroſa nihil habet honeſti. Si vero mo-
naſterium reformandum eſt de ordine non paſſiona-
torum ſed medicātium qui ſatis principaliter ſit ſu-
per predicatione aut mendicitate aut ſuper vtroqꝫ fū-
dati tunc ſi alij conſentiūt reformationi tales qui re-
formationi reſiſtunt in nullo videntur rationabiliter
a graui peccato excuſari poſſe: quia neceſſaria victꝰ
per mēdicitatem poſſūt acquirere quotidie. ¶ Defi-
ciūt autem tripliciter tam mendicātes ꝙ poſſeſſiona-
ti vt plurimum propter motiuum nouum reformati-
oni reſiſtentes. ¶ Primo propter de diuina prouiſio-
ne diffidētiam. ¶ Secundo propter paupertatis quā
vouerunt carentiam. ¶ Tertio propter boni commu-
nis negligentiam. A quibus tn̄ omnibꝰ religioſi plꝰ
cauere tenētur: qꝛ oīs tenētur ad ꝑfectionem lōge
amplius ꝙ ſclāres tendere. ¶ Contra p̄mū veritas
que nec fallit nec fallere pōt dicit primis religioſis
Mathi. vi. Nolite ſolliciti eſſe dicētes. Quid mādu-
cabimus aut quid bibemꝰ. Scit enī pater veſter ꝗa
his oībus indigetis. Querite ergo p̄mū regnū dei ⁊
iuſtitiā eiꝰ ea ſcilꝫ que vouiſtis: ⁊ hec omnia quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

videlicet indigetis adijcientur vobis. Dare ergo poſ
ſunt fiduciam tria hec. Unum ex parte dantis. Si ei
nobilis quilibet familie ſue prouidet quanto magis
nobiliſſimus ⁊ largiſſimus deus. Unde ſuper illud
Luce.xij. Nolite ſolliciti eſſe dicit gloſa. Indecorum
eſt homini curare de cibo vel veſte qui militat regno
Nouit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat a-
lat ⁊ veſtiat. Aliud ex parte dati. Dicit enim gloſa
ſuper illud Mathei ſexto. Nonne anima plus eſt ꝙ
eſca. Qui maiora dedit ideſt vitam et corpus dabit
minora ideſt victum et veſtes. Aliud eſt ex parte re-
cipientis. Unde ſuper illud pſalmiſte. Benedicam
dominum in omni tempore dicit gloſa. Paſcebat cõ
tentintem ſe. ¶ Deficiunt preterea temporaliũ que-
ruli ſecũdo propter paupertatis quam vouerunt ca-
rentiam. Quia quidam religioſi adeo cura carnis
intenti eſſe volunt nunc in cibis ⁊ potibus nunc in ve
ſtitu ⁊ medicinalibus vel rebus alijs ꝙ neceſſarijs
non contenti que eis competenter miniſtrantur lau-
tiora ꝙ voluntaria paupertas quam vouerant exi-
gat: omnino habere volunt. Quo contra dicitur Ro
manos.xiiij. Curam carnis ne feceritis in deſide-
rijs. Superfluitas autem licet omni xp̄iano ſit ca-
uenda iuxta illud prime Thimothei ſexto habẽtes
alimenta et quibus tegamur his contenti ſumus:
magis tamen eſt cauenda clericis ſecundum illud
prime Corinth.ix. Qui altari ſeruit de altari viuat.
Bene viuat inquam non ſuperbiat non ditetur ⁊ ſi-
milia. Maxime autem eſt cauenda ſuperfluitas reli
gioſis. vnde Numeri ſexto. Uir ſiue mulier cum ſe
voluerit dño conſecrare a vino ol quod inebriare po
teſt abſtinebunt. Hoc deſignat capillorum abſciſio
que per laycos fit modice plus per clericum ſed per
religioſos maxime.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Deficiunt tertio obijcientes propter boni commu nis neglige̅tiam quia multi religioſi ad ea q̄ ad co̅munitate̅ ſpecta̅t ſu̅t tardi ad ea vero que ſu̅t ꝓpria vel appropriata ſu̅t aſſidui. Et hec eſt ſingularitas peſſima. De qua Bernardus dicit. Singularis ad omnia ſua eſt ſtre̅nuus ad co̅munia piger. Hec ſingularitas eſt boni co̅munis negligentia ⁊ multa mala facit ſcꝫ a xp̄i veſtigijs deuiare. Unde Chriſoſtom⁹ Imitatores fieri xp̄i eſt ad co̅munem vtilitatem omnia negociantes ⁊ no̅ que ſunt noſtra quere̅tes. Hec ma̅datis obuiat apoſtolicis Philippen̄. ij. No̅ que ſua ſu̅t ſinguli ꝯſidera̅tes ſed que aliorum. Hec doctrine ſa̅ctorum recalcitrat qꝛ Gregorius dicit in regiſtro. Nemo veſtrum neglecta vtilitate co̅muni ſuo lucro proſpiciat. Et Ambroſius. Qui perfecte ſapit neſcit ſua ſpectare commoda: ſed ad illud quod honeſtum eſt toto affectu inte̅dit querens no̅ quod ſibi vtile eſt: ſed quod omnibus. Bernadus quoqꝫ ait. Deus communi diſciplina co̅muni vita co̅munibus ſtudijs delectatur vſqꝫquo miſer diuerticula captas hec regine virtutum charitati renititur quia charitas non querit que ſua ſunt. Quod Auguſtinus in regula ita exponit. Non querit que ſua ſunt charitas qꝛ co̅munia proprijs non propria co̅munibus antepon it. Et ideo qua̅to amplius rem co̅mune̅ q̄ pro̅pa vestra curaueritis tanto amplius vos proficere noueritis. Hec co̅trariatur nature que omnia ad communem producit vtilitate̅. Ideo tullius de officijs. Preclare inquit ſcriptum eſt a platone. Non ſoli nobis nati ſumus ⁊ poſt in hoc deberemus regula̅ ſequi nature producere communes vtilitates ⁊ in medium proferre. Aduerſatur etiam preceptis philoſophicis quia dicit Philoſophus primo ethicorum. Bonum quanto co̅munius tanto diuini⁹. Et ſeneca

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non poteſt quiſq; bene viuere qui ſe intuetur q̄ omnia ad ſuas vtilitates ꝯuertit. Alteri viuas quod ſcʒ opʒ ſi tu vis tibi viuere. Hec preterea eſt que omnes pene religiones deſtruit. Singularis inquit pſalmiſta. ferus depaſtus eſt eam. Quam ſingularitatem ſi aduerſarij reformationis depoſuerint ⁊ diligentiaʒ ad bonum cōmune erexerint inquirentes dn̄m non deficient omni bono. Uidi ⁊ expertus ſum quotienſcūq; reformabātur monaſteria virorū aut feminarū noſtris temporib⁹ ſemper q̄ antea ſe in tēporalib⁹ melius habuiſſe. Non ergo trepident timore vbi nō eſt timor hi qui deformato vere renūciāt ſeculo.

¶ Decimum tertium capitulum qn̄ obijciūt ſtat⁹ nobilitatem vel dignitatem manifeſtatur q̄ propterea acrius ⁊ amplius reformationi deberēt inſiſtere.

AD decimum vbi obijciūt propter nobilitatis vel ſtatus perſone dignitatem non deberi per inchoationem reformationis noua cudere. Hec apparentia quoſdam hodie adeo demētauit canonicos regulares ⁊ monachos vt verecūdētur in choro canere legere miſſas ⁊ veſtiri honeſte ſuo ſtatui ⁊ nobilitati. Dedecus eſſe putent. O q̄ longe ſunt iſti a nobiliſſimo dauid ⁊ ſuis principibus qui ſcđi regum. vi. cum omni iſrael deducebant archam teſtamenti dn̄i in iubilo ⁊ clangore buccine. Ubi rex dauid percutiebat in organis armigatis ⁊ ſaltabat totis viribus ante dn̄m. Deſpicientem q; michol ita adorſus eſt: viuit dn̄s q̄ʒ ludam ante dn̄m qui elegit me potius q̄ patrem tuū Ludam ⁊ vilior fiam pluſq̄ factus ſum et ero humilis in oculis meis: ⁊ cum ancillis de quibus locuta es glorioſior apparebo. Sciant itaq; ſuperbi clerici ⁊ monachi fratres et mendici ſummam ſibi eē gloriam regi ſeculorum ſeruire deuote et reformate.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nichilq ſibi conferre in contrarium ſtatus ſui emi=
nentiam ⁊ nobilitatem ſui generis immo potius illa
plus eos artant ad ſeruiendum deo acriter q̄ aſtrin
gantur ſimplices ⁊ ruſtici. Quid enim eſt nobilitas?
audi Boetium tertio de conſolatione dicentem. Ui=
detur namq nobilitas quedam de meritis eſſe veni=
ens laus parentum. Nichil ergo aliud eſt nobilitas
generis q̄ laus proueniens ex meritis parentum.
Iſta laus non tua o ſuperbe ſed parentibus extrinſe
ca eſt: non te fecit glorioſum. Unde ſubdit. Si clari=
tudinem predicatio facit illi ſint clari neceſſe eſt qui
predicantur. Quare ſplendidum te ſi tu non habes
aliena claritudo non efficit. Hec nobilitas plus ha=
bentem bono conſtringit q̄ ea carentes. Ideo vbi pri
us dicit Boetius. Si aliquod eſt in nobilitate bonū
illud eſſe arbitror ſolum vt impoſita neceſſitudo no
bilius videatur ne a maiorum virtute degenerent.
Ad idem eſt beatus Jeronimus in quadam epiſtola
Nichil inquit videro in nobilitate appetendum niſi
q̄ nobiles quadam neceſſitate conſtringuntur: ne ab
antiqua probitate degenerēt. Et Caſſianus libro. iij
epiſtolarum. Sicut indigna poſteritas laudes anti=
qui generis abnegat ita preclara de patribus egre=
gia dicta cōfirmat. Iuxta illud. Preconia veterum
preſens docuit vena ꝟtutū. Ad idem eſt chriſoſtom⁹
ſup Math. dicens. Ille clarus ille ſublimis ille tunc
integram ſuam nobilitatem putet ſi dedignetur ſer=
uire vitijs et ab eis non ſuperari. Facit preterea ge
neris nobilitas in vicioſo filio vicium turpius appa
rere q̄ in ignobili. Lutum quippe album pannum tā
gens et nobilem longe deformat amplius q̄ ſi in
veſtem vilem ceciderit. Ideo Boetius vbi ſupra di=
cit. Qui falſe predicatur ſuis ipſe neceſſe eſt laudi=
bus erubeſcat. Quid vero deterius eſt nobilitate

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qua quis sibi abuti incipiat ipsa ad peiorem statum
et incorrigibibilem proijcit. Manifestum est illud ho
die in libro experientie. Et in secundo dyalogorum
libro beati Gregorij pape capitulo. xxiij. Qui duas
refert monials nobiles rixosas verbosissimas inobe
dientes suo preceptori. et beato Benedicto mandan
te ꝙ se corrigerent et non fecerunt: minas excommu
nicationis ab eodem accepisse et in paucis diebus
post inobedientes decessisse: ac post mortem earum
grauibus penis interfuisse prout earum de ecclesia
exitus ostendebat et a missali quotidie officio quo-
usqꝫ beatus Benedictus oblationem pro eis iussit fi
eri. Non verecundabatur nobilissimus ille olim sa-
muel omnium religiosorum in veteri testamento pa
ter precipuus deo cum suis choris prophetarum ser
uire humiliter per omnia ꝙ͠ꝗ summus esset sacer-
dos propheta ꝛ rector supremus populi. Dicit enim
liber primus Regum nono capitulo. Ecce est vir dei
samuel scꝫ in ciuitate hac vir nobilis omne quod lo-
quitur absqꝫ ambiguitate venit. Et magister in hy-
storica scolastica dicit. Nota ꝙ samuel primus insti-
tuit conuentus religiosorum iugiter psallentium do
mino. Et dicebatur conuentus eorꝫ cuneꝰ quasi cou-
neus. Et dicebantur prophetare. i. deū iugiť lauda-
re. Cui choro etiā saul rex iā a deo electꝰ laudādo in
teresse nō erubuit. Nō igť erubescāt nobiles voto re
ligiōis vel per susceptū sacrū ordinē ascripti cū nobi
li ioseph xp̄o seruire: etiam vsqꝫ ad obsequium si opꝰ
est funeris: et deum qui eos elegit placare studeant
reformatis actibus. Audiātqꝫ paulū Roma. nobilē
p̄mo Corinh. p̄mo cōtra se conformare timētes sclo
sic dicere. Videte vocationē vestrā f̄res quia nō mul-
ti sapientes scd̄m carnē nō multi potentes non multi
nobiles sed que stulta sunt mundi elegit deus vt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝯfūdat fortia ⁊ ignobilia elegit deus ⁊ ꝯtemptibilia ⁊ ea que non ſunt vt ea que ſunt deſtrueret vt nō glorietur omnis caro in conſpectu eius.

¶ Decimū quartū capitulū qn̄ timent ſeq̄ in dīno ſeruicio paucitatē perſonarū declarat contrariū ⁊ quō hoc non ſit timendum ⁊ ꝙ obſequia maloruꝫ modicū bonorum vero multum deo placent.

AD vndecimum quando inferunt ad reformatiōeꝫ ſequi perſonarum paucitatem pro dīno officio in multitudinē miſſarū celebrandarum. Reſpondetur ꝙ et ſi illud eſt verum pro tēpore quo inchoatur reformatio tamē prout vbiqꝫ fere videmus ī monaſterijs reformatis poſtmodum maior ſuppoſitorū eſt numerus ꝙ̄ antea ymo conuētus reformati velut ſagene ſunt ad augendum ſuum ordinem. Sed eſto ꝙ religioſi deformati ſint multi quando mali ſūt melius tamen eſſet habere paucos et bonos bene reformatos. Audiant de hoc qui volunt ſcripturam: multiplicaſti gentem ⁊ non magnificaſti leticiam yſaie. ix. In multiplicatione enim iuſtorum letabitur vulgus. Cum impij ceperint principatum gemet populus dicit ſalomon prouerbiorum. xxix. Modicum tales patrem ſue religionis ⁊ matrem ſanctam eccleſiam plerumqꝫ conſolātur. Unde prouerbiorum. x. Filius ſapiens letificat patrem filius vero ſtultus meſticia eſt matri ſue. Et. xvij. eiuſdem ira patris filius ſtultus et dolor matris que genuit eum. Facta vero reformatione apte conſolando religionem poſſunt ſicut dictum eſt ad noemi dicere plurimi. Benedictus domin⁹ q̄ nō eſt paſſ⁹ vt deficeret ſucceſſor fāilie tue ⁊ vocaret nomē ei⁹ in iſrael ⁊ hēas q̄ ꝯſolet aīam tuam vt enutriat ſenectutē de nuru eni tua nat⁹ eſt qui te diligit et multo tibi eſt melior ꝙ̄ ſi ſeptem haberes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

filios peruerſos vt patz ruth vltimo eidem alludit il
lud ſapientie. tercio. Felix ſterilis et incoinquinata
que neſciuit thorum in delicto habeat fructum in re-
ſpectione animarum ſanctarum. Melius ꝙ reſpon-
det dicte obiectioni vndecime ſapiens eccleſiaſtici.
xvi. Ne iocūderis in filijs impijs ſi multiplicētur nec
oblecteris ſuper ipſos. Si non eſt timor dei cum illis
ne credas vite eorum et ne reſpexeris in labores illo
rum. Melius eſt vnus timens deum q̄ mille filij im
pij. Et vtile eſt mori ſine filijs q̄ relinquere filios im
pios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria et a trib⁹
impijs deſeretur. Multa talia vidit occulus me⁹ et
fortiora horuz audiuit auris mea. Et quid ſi quibuſ-
dam fortaſſis irreligioſis qui de multitudine miſſaꝝ
gloriantur quas legunt diceretur vt aduerterent il-
lud prouerb. xxi. Hoſtie impiorum abhominabiles
que offerunt ex ſcelere Scimus preterea deus olim
ſimilia deformatis exprobraſſe ſacerdotibus per ſan
ctū yſaiam dicentem primo. Audite celi ⁊ auribus ꝑ
cipe terra qm̄ dominus locut⁹ eſt filios enutriui ⁊ ex
altaui ipſi autem ſpreuerunt me et infra. Quo mihi
multitudinem victimarum veſtrarum dicit dominus
plenus ſum cum veneritis ante conſpectum meū qs
queſiuit hec de manibus veſtris vt ambularetis in
atrijs meis: Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra i
cenſum abominatio eſt mihi. Neomieas vr̄as ⁊ ſab-
bata vr̄a ⁊ feſtiuitates nō ferā iniq̄ ſūt cet⁹ vr̄i. Kalen-
das vr̄as ⁊ ſolēnitates vr̄as odiuit aīa mea: ⁊ facta
ſt: michi moleſta laboraui ſuſtinēs. Hec. n. indeforati
ſac̄doti b⁹ locū hr̄e nō dubito q̄tū eſt ex ꝑte oꝑis ope
rantis i eoꝝ officijs q̄q̄ alit̄ ſit ex ꝑte oꝑis oꝑati, ſ. in
quātū faciūt i ꝑſōa eccl̄ie. Sēꝑ tn̄ ex ꝑte maloꝝ reli-
gioſoꝝ maiorē. i ſctā ei tāgendo auget eoꝝ dānatio.
De q̄ mā habes tractatu. ij. ca. vi. ¶ Fortaſſis me re

e. iij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

darguet aliquis reformationis emulus ꝙ religioni per talia detraho. Cui reſpondeo non religionem ſꝫ irreligioſos calumnior ⁊ deformitatem eius deteſta bilem eſſe pronuncio. ꝙ ſi clericorum aut religioſoꝝ aliqui de ſe mala dici horreſcunt vitēt opera que paſ ſim nimis in manifeſto ponunt ita vt lapides ideſt ſe culares clamitent etiam ſi ipſe ſileaꝫ. Noui enim nu per in alemania quēdam principem qui ſua dictione manaſterium quod habuit habundans in fratribus ⁊ vbi miſſe celebrabantur plurime. Cumqꝫ a quodaꝫ reformatore petiſſet vt monaſterium dictum refor̄a re conaretur: annuit ille ſed ſubintulit. Domine prin ceps voluntarios ⁊ reformatos fratres adducaꝫ. qꝛ per inuoluntarios vincentes votum multitudine ni- chil proficimus bonos adducam et paucos: quia ali bi reformare etiam expedit. Nec multitudinem miſ- ſarum nūc habere poteſtis in breui ſicut antea. Cui princeps ſic reſpondit. Plus in ſtabulo meo diligo tres equos bonos: q̄ ſedecim malos. Bene ergo p̄n ceps iſte ⁊ conformiter reſpondit ſupradictis ſe con- firmando ſcripturis. Utinam autem in quibuſdam monaſterijs ⁊ conuentibus qui de multitudine per- ſonarum gloriantur non reperientur inter religionū ſuppoſita ſub patre vno filij ſepteꝫ capitalibus reple ti vicijs vt puta quidam filij ſup̄bie cū eorū rectore ⁊ capite de quibus dicitur iob. xli. Ipſe ē rex ſup oēs filios ſuperbie. Filij inuidi. quos ap̄ls epheſios. v. vocat filios diffidentie. Filij auaricie cū iudade quo dicitur Johannis. xvij. Nemo perijt ex eis niſi filiꝰ perditionis. Filij iracundi vt nabal de quo primi re gum. xxv. Uir durus et peſſimus et malicioſus. Et poſt. ipſe filius belial ita vt nemo poſſit ei loqui. Fi- lij accidioſi de quo prouerbio. x. Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt qui autem ſtertit eſtate filius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

confuſionis eſt. Filij luxurioſi fratres ⁊ imitatores
illius filij producti qui omnem ſubſtantiam conſup=
ſit cum meretricibus luce. xv. Et filij guloſi cuȝ filijs
hely primi regū ſecundo de quibus ibi dicitur. Por
ro filij hely filij belial neſcientes dominum neq̄ offi=
cium ſacerdotum ad populum. Et ſecundum litterā
dicit magiſter in hiſtorijs ſcolaſticis partē ſacerdota
lem de ſacrificijs anteq̄ adolerent adipem tollebāt
ſcilicet ab offerentibus crudam carnem vt ſibi lauti
us pararent eam. Et mittebat puer ſacerdotis fuſci
nulam in ollam. et quicquid leuabat fuſcinula erat
ſacerdotis. Quod non erat portio ſed rapina. Ex q̄=
bus omnibus modo manifeſtum eſt q̄ nudos ſe eſſe
a veritate profeſſi ſunt reformationis inimici quan=
do i. xi. obiectiōe ſc̄ꝫ ꝯformatoꝝ multitudīe armāert
¶ Decimum quintum quando conq̄runtur ad refra
tionem ſequi pacis perturbationem docet q̄ duplex
eſt pax ⁊ diſcordia qn̄ ſcādalū ſit timēdum ⁊ qn̄ non.

AD duodecimum quendo obijciunt q̄ in re
formando ſequitur cōmunis inter fratres
turbatio pacis cum quidam ſunt volunta
rij alij inuiti: ymo aliquando omnes ſunt
in vno monaſterio inuolūtarij. Quibus ſi noui in le
ge dei beniuoli addantur aut priores expelli curen=
tur inuiti ſequitur murmur et turbatio pacis fuga=
tur q̄ tranquillitas. Et quod longe eſt formidabili=
us multi inde fugientes ad alia diſſolutiora ſe tranſ
ferunt monaſteria aut apoſtatant monialeſq̄ ſe non
nunq̄ proſtituunt abhominabiliter. Reſpondetur i=
gitur primum q̄ nunq̄ eſt pax habenda cum vicijs
quinnmo iuge bellū cū eis i mētis diſplicētia eſt hn̄
dū. Deīde q̄ phariſeoꝝ ſcādalū nō ē curādū ⁊ poſtre
mo ſi q̄s egrotus in aīa correctiōis medicinā volūta
rie rēnuit nō mirū ſi in mortem aīe ruit grauiſſimā.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non etiam abnuo pro loco ⁊ tempore correctionem eſſe differēdam:prout videbitur in reſponſiōe ſequēti. Ad argumentum.xiij. Pax inq̄ non eſt habenda cum vitijs q̄uis ſemper ſic diligendi ſūt hoīes ita vt non diligantur eorum errores docet illud xp̄s in euāgelio cum dicit Mathe.x. Nolite arbitari quia venerim mittere pacem in terra. Non veni pacem mittere ſed gladium. Veni em̄ ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum ⁊ filium aduerſus matrem ſuam et nurum aduerſus ſocrum ſuam ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Et poſt pauca. Qui non accipit crucem ſuam et ſequitur me non eſt me dignus. Religio aūt crux eſt quā profeſſus eſt religioſus quilibet. Unde gloſa interlinearis crucem exponit abſtinētiam ⁊ cōtra carnis vitia bellum indicendum aſſerit. Sunt eī apud deformatos tria potiſſime vitia. Auaritia| luxuria| ⁊ ſuperbia| inobedientia quibus mundus quidem inficitur:ſed monaſterium deteriꝰ. Quibus hoſtes iungūtur triplices:mūdus| caro| demonia. Qui diuerſa mouent prelia. Mundus per proprietatis vicium ad auaritiam protrahit. Caro per incōtinētiā afficit:⁊ demon ſua ſuperba inobedientia quos pōt inficit. Quibus reſiſtendum eſt per tria vota religionis principalia ita vt nulla videntur contraria eis vicia pax cum eis eſſe non debeat. Si preterea reformationis tempore inter malos diſcordia naſcitur nō ſēper hoc curandum eſt magno opere vt Gregorius in paſtoralibus aſſerit. Sicut inquit multū nocet ſi vnitas deſit bonis:ita valde eſt noxium ſi non deſit malis. Si ergo peruerſoꝝ nequicia in pace iungitur ꝑfecto eorum malis actibus robur augetur. Ut quo ſibi in malicia congruunt eo ſe robuſtius bonoꝝ afflictionibus allidunt:docuit illud apoſtolus Actuum xxiij. qui vt phariſei ⁊ ſaducei qui contra eum vniti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant diuiderentur clamat. Ego phariſeus ſum filiꝰ
phariſeorum de ſpe ⁊ reſurrectione mortuorum ego
iudicor. Et ſic ſtatim facta eſt diuiſio phariſeorum ⁊
ſaduceorum minuſq; fidei ⁊ paulo nocere poterant
q̄ antea. Nec curandum eſt quodlibet in malis rece
ptum ſcandalum. Dicit enim ſanctus Thomas ſcd'a
ſcd'e. q. xliij. Ea que ſunt de neceſſitate ſalutis faciē
da vt que ſunt precepta non debent pretermitti pro-
pter ſcandalum vitandum in alio. In his autem ſpi-
ritualibus bonis que nō ſūt de neceſſitate ſalutis vi
detur diſtinguendum. ¶ Qꝛ ſcandalum qd' ex eis qn̄-
q; oritur aliqn̄ ex malicia procedit cuꝫ ſcilicet aliqui
volunt impedire huiuſmodi bona ſpiritualia ſcāda-
lum concitando ⁊ hoc ē ſcādalū phariſeorum qd' eſſe
cōtēnendum xp̄s docet Mathei. xv. vbi cum xp̄s ſcri
bas ⁊ phariſeos correxiſſet de hoc q; dei precepta p̄
pter hominum traditiones tranſgrederētur qui xp̄i
diſcipulos de obmiſſione lotionis manuum correxe-
rāt. Et addidiſſet non quod intrat per os coinq̄nat
hominem ſi quod procedit ab ore: venerunt diſcipu-
li xp̄i ei dicentes. Scis qꝛ audito phariſei verbo hoc
ſcandaliſati ſunt. Reſpondens ieſus ait. Omnis plā-
tatio quam non plantauit pater meus celeſtis eradi
cabitur. Sinite illos ceci ſunt ⁊ duces cecorum. Ce-
cus autem ſi ceco ducatum prebeat ambo in foueam
cadut. ¶ Quādoq; vero ſcandalum procedit ex infir
mitate vel ignorantia et huiuſmodi ſcandalum eſt
puſillorum: propter quod ſunt ſpiritualia opera vel
occultanda vel etiam interdum deffrenda vbi peri-
culum non imminet quouſq; reddita ratione huiuſ-
modi ſcandalum ceſſet. Si autem poſt redditam ra-
tionem huiuſmodi ſcandalum duraret iam videtur
ex malicia eſſe: ſic propter ipſum non ſunt huiuſmo-
di ſpiritualia propter ſcandalum dimittenda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hec thomas et concordat in ſcripto ſuo petrꝰ de thᷓ
rentaſia cum eo. Euidens autem eſt ꝙ tunc religio-
ſi in ſcandalo laborant phariſaico quando reforma-
ri debent per viſitatores aut prelatos ammonentur
quid vouerit in regula ꝙ reformatio eſt debita ⁊ quā
ta ex defformitatibus ſequūtur peccata ꝙ cauſātur
ſibi fieri iniuriam maledicunt ⁊ de trahunt ſuperiori
bus vexant et turbāt ſeculares ⁊ eccleſiaſticos. ymo
ſepe minantur homicidia ⁊ verbera ⁊ quod peius ē
nonnunꝗ talia opere cōplent. Que omnia ſunt pha
riſeorum ſcandala non oiquaqꝫ timenda ab hijs qui
preſunt mōaſterijs. Pro quorum conſolatione etiaꝫ
dictorum maiori declaratione notandum ꝙ ſanctus
Thomas vbi ſupra in ſumma ſic determinat conſi-
lia ſcilicet euangelica etiam non ſunt ſimpliciter pre
termittenda nec etiam opera miſericordie propẽ ſcā
dalum ſed ſunt interdum occultanda vel differenda
propter ſcandalum puſillorum vt dictum eſt. Quan-
doqꝫ tamen conſiliorum obſeruatio ⁊ impletio operꝝ
mie ſunt de neceſſitate ſalutis. Quod pꝫ in his qui
iam vouerunt conſilia ⁊ in his quibus ex debito imi
net defectibus aliorum ſubuenire vel in temporali-
bus puta paſcendo eſurientem. vel in ſpiritualibus
puta docendo ignorantem: ſiue huiuſmodi fiant debi
ta propter iniunctum officium vt patet in prelatis:
ſiue propter neceſſitatem indigentis. Et eadeꝫ ratio
eſt de huiuſmodi ſicut de alijs que ſunt de neceſſita-
te ſalutis. Hec thomas. ¶ Ex quibꝰ primo ſequitur
ꝙ magnum imminet periculum prelatis qui ſua poſ
ſunt deformata reformare monaſteria et hoc non fa
ciunt. Quia talibus imminet ex debito defectibꝰ ſub
ditorum ſubuenire ⁊ plus in defectibus aīe ꝙ̄ corpo
ris. Unde tunc non minus propter ſcādalū ſubditorꝝ
dēt eis ſubuenire ꝙ̄ ſi ꝑceptū eēt ymo tūc ꝑceptū eē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poteſt. ¶ Secundo ſequitur q̄ ad minus oportunita-
te capta reformandi ſunt tales religioſi etiam ſi no-
luit in quibus tranſgreſſiones ſuorum votorum rep
iuntur frequenter ꝛ conformitates iminere ad ſcīn
vbi etiam tales ſcandalizarētur. Patz qꝛ talia vota
cadunt ſub precepto ꝛ ſuperioribus reformare incū-
bit: tum propter iniunctum officium: tū etiam qꝛ ne-
ceſſario peruerſi hoc indigent ſubditi. In talibus lo
cum habet illa ſuper ezechielem beati gregorij ſnīa.
Si de veritate ſcandalum ſumitꝰ vtilius ſcandalum
naſci pmittitur q̄ veritas relinquatur. Et ſanctꝰ tho-
mas vbi prius. Sub veritate que eſt vite ꝛ doctrine
non ſolum neceſſaria ſalutis continentur ſed etiā cō-
ſiliorum obſeruantia vbi de eis eſt cur ad hec tenen-
tur reddita ratio vel quando cadunt ſub precepto ex
voto ꝛ ex officio aut ex neceſſitate que alicui iminet
vt dictum eſt paulo antea. ꝛc.

¶ Decimū ſextū capl'm qn̄ arguūt ſeq̄ lapſū grauiorē
ꝛ apoſtaſiā ꝛ hmōi oñdit q̄ propter talia non ſemper
reformatio per prelatos pretermitti debꝫ.

NEc terreri ſꝫ oꝫ vt.xiij. argumētū obijcit:
vcꝫ ex lapſu grauiori quē quidā reformatiōeꝫ
fugiētes poſtmodū icurrūt dūmō ſpes de
reformatiōe ꝓ plurimoꝝ ſalute itroducen
da ex prudētū eſtiatiōe hētur. Sicut xp̄s qn̄ reformare
cepit ope ꝑ eiectionem de templo vēdētiū ꝛ emētiū:
ſcandalum phariſeorum non curauit quos ſciebat ex
hoc peiores effici matthei.xxi. ꝛ Johannis.ij. ymo ī
vtroq; caſu murmurabant vt amplius in littera pa-
tet. Nec ſermonem ꝛ doctrinam veritatis chriſtꝰ ſeꝫ
ſub modio taciturnitatis poſuit quando multos pre
ſciuit poſt ſuā doctrinam ab eo ituros retro ꝛ iam non
cum eo ambulaturos Johannis.vi. Ad idem mani-
feſte tendit datum oraculum beati erhardi epiſcopi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ratiſponeñ· de reformãdo ibidem iferiori mõaſterio monialiũ. Cũ eniꝫ ſctũs vuolfgãgus ſclariũ ⁊ ſacraꝝ lraꝝ ꝓceptor expꝉtiſſimus: iam eps ratiſponeñ. in ꝓ fato mõaſterio circa ſepulchꝛũ ſcti ſui olim ꝑdeceſſo ris erhardi anxi⁹ quõ ipꝫ reformaret mõaſteriũ ora ret pro diuino auxilio: aſtitit ei ſctũs erhardus ita di cẽs inter cetera. Queſo te vt ꝯſtita tibi diuinit⁹ vta ris prudentia: omnemq̃ hanc deſtruas congregatio nem: ⁊ mõaſticã ibi inſtituas profeſſionem. Quamſi harum aliqua q̃ nunc ineſt velit profiteri ſin oino q̃ nec ſunt deſtrue: nec vltra contaminari locum iſtum patere. Ex quo patꝫ ꝙ ita eſt exauditus beatus vuol fgangus: vt ſi non poſſet prohiberi: viceret viciuꝫ v tute pro eo ſtabiliens monaſterium. Multis eniꝫ iaꝫ luxuriantium feditatibus monaſterium polluebat Tunc tp̃is quando ſanctus orauit vuolfgangus cão nicarum profeſſio erat in eodem monaſterio ac car nalis petulantie non minima fiebat ꝯfuſio admoduꝫ cum ad artiorem vitam cogerentur alique ipſarum monaſterium reliquerunt: ⁊ fornicatoribus priorib⁹ adheſerunt. Quod mõaſteriuꝫ ilico reformauit bea tus vuolfgangus feminis indicendo regulam beati benedicti ibidem. ¶ Deĩde per tranſlationem reliq̃a rum diuinitus a ſiniſtra facta ad dexterã altaris mo nitus ſupius pari modo reformauit monaſteriũ ca nonicarum. Per tercium quidem monaſteriũ quod ad ſanctum Paulum fundauerat ab inicio regulari ter a quo ⁊ per q̃ priora duo monaſteria velut vnũ ad exemplar regulam beati Benedicti tenentium re formata ſunt. Idcirco cooperante ſancto vuolfgan go prout illa diffuſe habentur tam in beati vvolfgã gi ꝙ ſancti erhardi legenda. ¶ Notandum preterea ꝙ dictam obiectionem ſanctus Thomas exactiſſime ſolui t ſecunda ſecunde: queſt. xxxiij. articu. vi. vbi ſic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

querit. Utrum aliquis debꝫ ceſſare a correctione ꝓ
pter timorem ne ille fiat deterior. Reſpondet dicẽduꝫ
ꝙ correctio pertinens ad prelatos que ordiatur ad
bonum commune ⁊ habet vim coactiuam non eſt di-
mittenda propter turbationem eius qui corripitur.
Cum quia ⁊ ſi propria ſponte emẽdari non velit cor
rigeudus eſt per penas vt peccare deſiſtat. Cum eti
am quia ſi incorrigibilis ſit per hoc prouidetur bo-
no communi dum ſeruatur ordo iuſticie: ⁊ vnius exẽ
plo aliȷ̄ deterrẽtur: vnde iudex non permittit ferre ſẽ
tenciam condemnationis in peccantem propter tio-
rem turbationis eius vel etiam amicorum ipſius ſe
cundum illud p̄s. ¶ Miſerere mei qm̄ infirmus ſum
ſana me domine. Sed ille cui imminet cura infirmi
propter eius contradictionem vel contemptum non
debꝫ ceſſare quia tunc imminet maius periculum vt
patet circa furioſos. Dicẽdum ergo ꝙ medicus qua
dam coactione vtitur in freneticum qui curam eius
recipere non vult. Et huic aſſimulatur correctio pre
latorum que vim habet coactiuem. Prelatus enim
non ſolum habet admouere ſed etiam cogendo puni
re. ¶ Alia vero eſt correctio fraterna cuius finis eſt
emendatio delinquentis non habens coactionem ſꝫ
ſimplicem admonitionem. Et vbi probabiliter eſti-
matur ꝙ peccator ammonitionem non recipiet ſꝫ ad
peiora labatur eſt ab huiuſmodi correptione deſiſten
dum: quia ea que ſunt ad finem debent regulari ſecũ
dum ꝙ exigit ratio finis. Hec de thoma. Et de prela
tis addit ibidem articulo ſecundo ꝙ etiam tenentur
querere ſubditos reos ad corrigendum. Et ad hoc
tenentur ſub precepto. Quod ſic probat. Illud quod
debet alicui determinate perſone ⁊ certe ſiue ſit bonuꝫ
corporale ſiue ſpirituale opꝫ ꝙ ei impendamꝰ nō ex-
pectãtes quid nobis occurrat ſed debitã ſollitudieꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habentes vt eam inquiramus. Unde ſicut ille qui de
bet pecuniam creditori debet eum requirere cum tẽ=
pus fuerit vt ei debitum reddat. Ita qui habet ſpiri=
tualiter curã alicuiꝰ dẽt eũ q̃rere ad hoc ꝙ corrigat
eũ de pctõ. Sed illa bñficia que nõ debẽtur certe per
ſone ſed cõmuniter oĩbus proximis ſiue ſint corpora
lia ſiue ſpiritualia nõ opꝫ nos querere quibus impẽ
damus ſed ſufficit ꝙ impẽdamus eis q̃ nobis occur
rũt. Hoc eñ ꝓ quadam forte habendum eſt vt dicit
auguſtinꝰ de doctrina xpiana. Hec de thoma. Nõ tñ
ambigo qñ diſſimulare opꝫ pctã iniquoꝝ. ¶ Prio qñ
mali ſunt occulti nec pñt decerni a bonis. ¶ Secũdo
ſi multitudo tãta eſt in cauſa ꝙ nõ poſſit extirpari ſi=
ne ſciſmate eccleſie in quo etiam boni voluerẽtur: et
ſic eradicaretur ⁊ triticum. Uel ſi etiam vnus ſolꝰ eſt
vel pauci ſed non poteſt hoc fieri ſine ſcandalo bono
rum eo ꝙ eos latet crimen nocentis vt de iuda pa=
tuit. Tñ qñ multitudo eſt in culpa pñt aliqui magis
rei ex eis puniri: ad terrorem mltitudinis. Sicut nu=
meri. xxv. Principes populi ſuſpendi iubẽtur ꝓ pctõ
multitudinis. Uel turba puniri poſt iniquoꝝ ſi ar=
ridet opportunitas ſicut egiptij ſubmerſi ſũt ĩ mari
⁊ ſodomite oẽs perierũt. Exodi. xiiij. ⁊ Geñ. xix. Uel
cum facultas eſt in populis promendi ſermonem
generali obiurgatione ferienda eſt vt dicit Auguſti
nus contra Iouinianum. ¶ Tertio qñ probabilit̃ pre
ſumitur de eoꝝ correctione eo ꝙ peccãt ex infirmitate
vel ignorantia ⁊ non obſtinata malicia. Alias ſepe
exterminaretur triticum. Exẽplum de heretico quẽ
beatus Dominicus diuinitus ſeruauit ab igne: quẽ
poſt multos annos bonum eſſe in futuro ꝓuidit. Idẽ
patet de Paulo. ¶ Quarto ſi exercitando bonos
proſint eccleſie ⁊ non obſunt alias boni torperent in
charitate qui alias exercentur. Alias etiam eradica

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fetur triticum. Exemplum de iudeis inter nos et ſebuſitis olim inter iſrahelitas. Hec ſũt quatuor cauſe obmittende correctionis fraterne ſcd̄m Thomã ⁊ vlricum. Nec approbo q̄ prelatus crudeliter ſe in corrigendo habeat aut negligenter qui ex vtroq̄ medium componere debet reformandi medicamẽtum dicente beato Gregorio. Diſciplina vel miſericordia multum deſtruitur ſi vna ſine altera teneatur. Quidquid autem hactenus de correctione per prelatos fienda dictum eſt totũ ad reformationẽ prelatoꝝ ſeu viſitatorum applicandum eſt cum reformatio ſit in remorum correctio.

¶ Decimum ſeptimum capitulum quãdo oſtendere nituntur q̄ ex laxa vita maiora ſequũtur bona q̄̃ ex reformatione manifeſtatur multipliciter contrariũ et quanta mala ſequũtur in deformatis locis ex ſũptibus in edificijs picturis ⁊ huiuſmodi.

AD quartam decimam iam obiectionem reſpondendum eſt vbi reformari recuſant eo q̄ per diſpenſationes et modos viuendi hactenus a longinquo tentos facilius vt dicunt procurantur res religioni neceſſarie. Ut puta potiſſimum in ordine mendicantium libri plurimi ⁊ in omnibus conuentibus et monaſterijs multe ad habitandum domuncule: quin immo aule plerumq̄ magne: que vix aut nunq̄ procurate fuiſſent de communibus: ſed facilius edificata a propriatis monachorum aut fratrum pecunijs. Similiter de multis picturis ⁊ de multis ſanctorum tabulis ⁊ ſimilibus. Reſpondetur ſimpliciter negando totum quia olim ante lapſum ordinum et hodie apud reformata loca talia pro quanto ſaltem religioni congruũt copioſius procurata ſunt: et hodie procurantur facilius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui videt teſtimonium perhibet de hijs quo ad omnia pene apud que ſunt in alemania reformata monaſteria vbi quotidie librorum coaceruatur numerꝰ edificia reficiũtur ruinoſa: que apud deformata corruunt monaſteria: ⁊ fauor accreſcit populi augetur perſonarũ valens numerus ⁊ decor multiplicatur ſacrarum veſtium. ¶ Poſito tñ ꝙ ita ſit vt arguit aduerſarius tñ omnia iſta que ãnumerat cũ ſint corporalia quid ſũt hec reformationis ſacre fructus ꝟtutum vberrimos ꝑ quos immortales ſaluãtur ⁊ purificantur anime vt late patebit in. iij. infra tractatulo. ¶ Preterea ſi predicta in obiectis liberẽtur plenius plus hactenus deſtructionis ⁊ deformationis cõtulerũt ⁊ cõferũt in poſteris tẽporibus ꝙ profuerunt vel proderunt. Nam prout ex alijs cõuincere potui opuſculis antiquiorib9 coaceruatio librorũ ⁊ eorum procuratio ꝑ ſingulares procurata perſonas primã radicẽ aduerit ꝓprietatis: vel vt aiũt appropriationis apud ordines ſaltẽ mendicãtium. Ita vt iam ibidem ſicut heu in ordinibus alijs primeua paupertas ⁊ rerum ſincera cõmunitas in pauciſſimis locis obſeruari videatꝰ. Quia cum per ꝑlatos vni licẽtia dabatur a cognatis procurandi bibliam breuiarium aut ſermonum volumen aliquod voluit alter ⁊ tertius pari licentia perfrui arguendo a ſimili. Concedebatur deinde ſub reſpectu procurande animarum ſaluti pecunia expendenda pro libris proinde ad veſtimentorum neceſſitatem diſpenſatio vel potius extẽdebatur diſſipatio. Et tandem ad hoc deuenit vt modica aut pene nulla ſit differentia in habendo pecuniam et ei equipollentiam inter profeſſum fratrem ſeu monachum et ſecularem prole carentem ⁊ nuptum. ¶ Probationem huius male originis plus fortaſſis ſilere expedit ꝙ pandere quãꝙ ſi opus eſſet poni valeret.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad patulum. Si autem domūculas ad inhabitādū
ſe erexiſſe gloriātur ſi de hoc tacuiſſent fortaſſis phi
loſophi fuiſſent: quia per hec omnis religiōis deſtru
ctio ſuborta eſt. Nam in talibus priuatis habitacu
lis fiunt commeſſationes ebrietates ⁊ rerum cōmu=
nitatis diſpendia: vbi quilibet non cōmunia ꝓprijs
ſed ꝓpria cōmunibus anteponit. Ibi inepta ſolatia
chori neglectus ibi detractiones ⁊ contra prelatum
murmura ſeminaria ibi inchoantur diſcordie et cō=
ſpirationū vitia. Et vtinā nō plerūqꝫ ibi forēt ſi pa=
ries fodi deberet fornicationes ⁊ voti caſtitatis pre
iudicia. Hec ſunt camerule que in monaſterijs nōnul=
lis iam cōmune: deſtruxerūt dormitorium ⁊ regula=
re refectorium cellas euacuāt ⁊ quod deterius ē de=
ſtituūt oratoriū: qꝛ omnes ibi que ſua ſūt querūt, nō
que ieſu xpi. Ad nichilum ergo valent ſpelūce iſte la
tronum niſi vt mittantur foras ⁊ cōculcentur ꝑ eos
ad quos ſpectat homines. Audiatur preterea patrū
ſanctorum ſententia de materia propoſita. Dicit em̄
ex ore yſaac caſſianus in collationibus patrū. Quic
quid neceſſitatem victus cotidiani ⁊ ineuitabilē vſū
carnis excedit ad ſecularem diffinierūt curam ⁊ ſol=
licitudinem pertinere. Ut verbi gratia. Cum duarū
ſufficiat velamen tunicarum trium aut quatuor fie=
ri procuramus. Cūqꝫ vnius ſiue duarum ſufficiat ha
bitatio cellularum ambitione ſeculari atqꝫ amplitu
dine delectati quatuor ſeu quinqꝫ cellas: et has eaſ=
dem exquiſiti ornatus et capaciores ꝙ̄ vſus deſide=
rat extruamus. Quod non ſine inſtinctu demonū fie
ri manifeſtiſſīa non experimenta docuerūt. Et ponit
ibi exemplum de ſanctiſſimo patre qui vidit fratrem
pro curioſe celle extructione lapidem duriſſimum de
monis aſtantis inſtigatione dolare. Et cum ceſſare
vellet frater demon ignitis facibus eum reaggredi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opus perſuaſit inuiſibiliter. Tandem ammiratus pater cellam fratris intrauit eiq; dixit. Quid operatus es. Reſpondit ille. Laborauimus contra duriſſimum ſaxum vixq; potuimus illud aliquando contere-rere. Ad hec ſenex. Bene dixiſti potuimus. Non enī ſolus eras quãdo illud cedebas: ſed fuit alius tecum quem non vidiſti: demon tuus ad hoc violentus impulſor. Talia etiam beatus Bernardus nedum in nõ ſacratis reprehẽdit domib⁹ ſed etiam in oratoriis Unde in apologetico contra cluniacenſes ita inuehit. Omitto oratorioꝝ immẽſas altitudines immoderatas longitudines ſuperuacuas latitudines ſũptuoſas depolitiones curioſas depictiones: que dũ in ſe orãtium retorquẽt aſpectum impediũt ⁊ affectũ et michi quodãmodo rep̄ſentant antiquum ritum iudeorum. Sed eſto fiant hec ad honorem dei. Et iterum. Illud interrogo monachus monachos quod in gentilibus gentilis arguebat. Dicite ait ille pontifices in ſancto quid facit aurum. Ego autem dico. Dicite pauperes non attendo verſum ſed ſenſum. Dicite inq̃ pauperes ſi tamen pauperes in freno q̄d facit aurum. Et quidem alia cauſa eſt epiſcoporum alia monachorum. Scimus q̄ illi ſapientibus et inſipientibus debitores ſunt cum ſic carnalis populi deuotionem quia ſpiritualibus non poſſunt corporalibus excitant indumentis. Nos vero qui de populo exiuimus qui mundi queq; precioſa ꝑ xp̄o reliquimus quorum queſo deuotionem in his incitare intẽdimus. Et concludit ibi late q̄ ex talibus ſequitur ſepe ſtultorum admiratio pauperibus elemoſine ſubtractio minor ad ſanctos debita veneratio: auaritie augmentatio ſecularium ad offerendum attractio: et curioſitatis adinuentio. Et iterum. Ceterum in clauſtris coram legentibus fratribus quid facit illa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ridiculoſa monſtruoſitas: mira deformis formoſi-
tas ⁊ formoſa deformitas? Quid immunde ſymee
quid feri leones: quid monſtruoſi centhauri: quid ſe
¶ Septima radix eſt incauta cum exteris ꝯuerſatio qꝛ hec niſi moderate fiat etiam cum circunſpectione maxima cito deuotionis exhaurit vigorē. Uir. n. perfecti ſine pctō cōmunire pn̄t nationi male ⁊ peruerſe minus autem hoc valent īperfecti. Hec ille ſanctꝰ ꝓphā ſēſit cū ait. Uir polutꝰ labijs ego ſū: ī medio ppl'i polluta labia hn̄tiſ ego hito yſaie. vi. Glo. Hec dt yſa. ꝓ ſocietate ppl'i cū quo cogebat loqui. Moriuȝ eſt cū pctōribus viuere qꝛ qui tangit picem inquinabitur ab ea. Huius radicis vitatione duo videtur ordines ſine lapſu ab inicio ſtetiſſe carthuſienſium ⁊ celeſtinorum. Huius cohabitationis infectio beatum Gregorium coegit a felicitate ſeculi ordinem intrare monaſticum: et deinde in ſummum pontificem electum cum petro ad partem diſputare dyalogum: vt patet in dyalogorum prohemio et in prologo ſuper Job. vbi dicit. Poſtq̄ ſum celeſti deſiderio afflatus ſecularem habitum contemnere melius putaui. Cumqȝ ad hoc me cogeret animus preſenti mundo quaſi ſpecietenus deſeruire: ceperunt multa contra me ex eiuſdem mundi cura ſuccreſcere: vt in eo non iam ſpecie ſed quod grauius eſt mente retineret. Que quidem cuncta ſollicite fugiens portum monaſterij petij.

Contra prefatam radicem beati Anthonij ſententia fuit et habetur in vitis patrum. Quocunqȝ inquit vadis deum ſemper habe pre manibus: et in his que agis adhibe teſtificationem ſacrarum ſcripturarum et in quocunqȝ loco ſederis non cito mouearis.

Et iterum. Quieſcens in ſolitudine a tribus bellis eripitur: ſcilicet auditus locutionis et viſus ⁊ vnam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tantum modo habet pugnam ſcilicet cordis. Ait ite
rum idem. Sicut piſces ſi tardauerint in ſicco mori=
untur: ita monachi extra cellam tardantes a quie=
tis propoſito reſoluuntur. Sic helynandus ſanctam
abbatiſſam ſincleticem dixiſſe ait. Sicut gallina de=
ſerens nidum ſuum facit oua ſua ſine pullis exire:
ſic monachus vel virgo de loco ad locum tranſiens
frigeſcit et mortificatur. ¶ Octaua radix eſt ſtudij re
ligioſi obmiſſio que iam mendicantium ordines eos
comparando ad preterita multum tendere facit ad
occaſum. Precepi idipſum ab ordine poſſeſſionato
rum a viris optime conſcientie ſe non diu reforma=
tos eē manſuros niſi ſtudium apud ſe reſuſcitarent
Habet igitur locum hodie in vtriſq; illud oſee quar
to cominatum populo iſrael rulturo. Conticuit po=
pulus meus eo ꝙ non habuit ſcientiam quoniam tu
ſcientiam reppuliſti repellam te ne ſacerdotio fūga
ris michi. Et oblita es legis dei tui obliuiſcar filio=
rum tuorum et ego ſecundum multitudinem eorum.
Hinc hieronimus ruſtico monacho in epiſtola ad eū
dem exarata. Nunꝙ̄ de manibus ⁊ oculis tuis rece=
dat liber. Et idem. Ama ſcientiam ſcripturarum et
vicia carnis non amabis. Litteratorum enim viro=
rum carentia in monaſterijs litteratis ſecularib⁹ in
greſſum vetat ordinis prelatos reddit contemptibi=
les vicioſos neſcit corrigere nec tētatos iuuenes cre
dere ſicut ſuis rectoribus. Quo contra docuiſſe vi=
detur beatus Hieronimus ſuper pſalmos dicens.
Solent viri ſolent et monachi ſolent et muliercule
hoc inter ſe habere certamen vt plus edificant ſcri=
pturas ⁊ in ea ſe putant eſſe meliores. Et ad deme=
triadem virginem. Utere inquit lectione diuina vi=
ce ſpeculi/ feda corrigendo / pulchra conſeruando/
et pulchiora faciendo. ¶ Scriptura enim



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpeculum eſt feda oſtendens et corrigens et docens Sed vtinam hodie non haberet locum in quibuſdaꝫ monaſterijs illud yſaie quinto maledictum. Ue inquit qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam. et potandum vſqꝫ ad veſperam vt vino eſturtis. Cythara ⁊ lyra ⁊ tympanum ⁊ tibia ⁊ vinum in conuiuijs veſtris et opus domini non reſpicitis nec opera manuum eius conſideratis. Et ſtatim cauſam huiuſmodi exceſſuum ſubdit. Propterea captiuus ductus eſt populus meus quia non habebat ſcientiam ⁊ nobiles eius interierunt fame. Gloſa: verbi dei. ⁊ multitudo eius ſiti exaruit. Gloſa: realis doctrine. Propterea dilatauit infernus animam ſuam ⁊ aperuit os ſuū abſqꝫ vllo termino. Et deſcendēt fortes eius ⁊ ſublimes eius glorioſi qꝫ eius ad eum. ¶ Nona radix eſt ineptorum ad officia promotio que fit aliquādo ad officia capitum de quo prius dictum eſt. Aliquando ad officia membrorum ⁊ particularia aliquando etiam ad gradus ſcientificos vbi litteratura non ſuppetit. Ex quibus ſequuntur communitati multa diſpendia. Quia ſi illud fit in officijs eorum temporalibus tunc tales aut ſuperbiunt: aut iniuriātur prioris aut pereunt cōuentus bona temporalia: ex talium incuria. De talibus officiarijs viros peſſimos ponere ſuper filios iſrael olim ſtuduit rex anthiochus de quo. ij. machabeorū. v. dicit. Reliquit ⁊ prepoſitos ad affligendum gentē philippum genere phrigeꝫ moribus crudeliorem eo ipſo a quo conſtitutus eſt. In gariſim autem andronicum et menelaum qui grauius q̄ imminebant ciuibus. Si autem fit ineptorum promotio ad gradus immeritos aliter ſcientificos ſequunt̄ grauiora plerūqꝫ ordini ⁊ loco icōmoda. Quia ſic ordo vilipēdit̄ qui admittit talia fit iniuria ſcie ⁊ gradui. Uolunt tales regere ceteros: et prelaturas ſtatim ambiunt. De q̄-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bus dicit beatus Ambroſius. Auctoritas reſcinden
da incipienti: poteſtas non adijciẽda libertas. Hãc
etiam ob cauſam nonnulli de quodam mendicantiuꝫ
ordine prout tempore noſtro accidit nullum admitte
re voluerunt ad ſupremum cõuolare theologie gra-
dum in ſuis conuentibus: ſtudium quidam non pro-
hibentes: ſed vetantes gradus abuſum. An bene vel
male alijs iudicandum committo. ¶ Decima radix
eſt nũmorum debitorum inconſidaratio ⁊ negligen-
tia. Unde eccleſiaſtici. xix. Qui ſpernit modica pau-
latim decidit. Hinc philoſophus. iij. politicorum di-
cit. Oportet quod paruum eſt maxime obſeruari: la-
tet enim ſubintrans preuaricatio. ſicut ſubſtantias ꝑ
ue expenſe conſumunt ſepe facte. Et tullius libro p̃-
mo de officijs. Que parua videntur eſſe delicta: ab
his eſt diligentius declinandum. Tales fuerunt pa-
tres monachi primitiui de quibus dicit caſſianus de
inſtitutis monachorum. In ſeptimana cuiuſdam fra
tris cum preteriens inconomus tria lenticule grana
vidiſſet iacere in terra: que ebdomadario feſtinante
dum ea preparat coctioni inter manus cum aqua
qua diluebantur elapſa ſunt. Cõfeſtim ſuper hoc ab
batem conſuluit: a quo velut peruerſus dilapidator
neglectorq; ſacri peculij iudicatus ab oratione ſuſpẽ
ſus eſt. Cuius negligentie reatus non aliter ei remiſ
ſus eſt niſi eum publica penitentia diluiſſet. Non enĩ
ſolum ſeipſos eſſe ſeruos ſed etiaꝫ omnia que ſua ſũt
credunt domino ꝯſecrata. Propter quod ſi quid fue
rit in monaſterio ſemel illatum vt ſacro ſanctum de-
creuerũt cũ omni reuerentia debere tractari. Sunt
enim multi qui nõ curãt trãgredi ſtatuta ꝑua ⁊ pctã
venialia incidere: quia per talia peruenitur ad ma-
gna. In cuius contrarium dicit augu. libro de doc.
cordis. Nolite cõtemnere venialia quia minima ſũt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed timete quia plura. Pleruq̄ꝫ.n. beſtie minute mul
te nocent. Nunqͣ minutiſſima ſūt grana arene: ſed ſi
arena amplius in naui mittatur mergit illam vt pe-
at. Q̄ minute ſunt gutte pluuie: nōne flumina implēt
domos ꝛ deijciūt: timenda eſt ergo ruina multitudis
Aduertendum preterea ꝙ omnis mali origo ſemper
fuit negligentia. Si enim primus angelus circūſtā-
tias debitas ꝛ primus homo ſimili r̄ inſpexiſſꝫ talia:
nequaq̄ in peccata corruiſſent. Propt̄ quod boeci-
us libro de diſciplina ſcolarium d̄t. Sicut in vnoq̄ꝫ
opere matre eſt diligentia ita vniuerſe doctrine ꝛ di
ſcipline nouerca eſt negligentia.

¶ Decimum octauum declarat tres alias radices q̄
ſunt locorum nimia multiplicatio feminarum incau
ta adheſio ꝛ bonorum virorum perditio.

Vndecima radix eſt locoꝝ nimia ml̄tiplica-
tio aut in nūero mōaſteriorū. aut i vno mo
naſterio ſtructaꝝ varietas. Ex mōaſterio
rū eni ml̄titudis exēptis ordib⁹ ꝑſerti ſeq̄t
difficultas regiminis: qꝛ qd̄ nimiū eſt vix aut nulla-
tenus regi pōt: vt patꝫ in ml̄titudie exercit⁹. Qua q̄
dā ſapiēs ait dario plus eſſe contra alexandrū timē
dū q̄ de ea gaudendū foret. Seq̄t etiā carētia ꝛ frm
penuria faciliter quia per talia varia loca opꝫ a lo-
cis vbi quidā eſſēt neceſſariȷ̄: eos mitti alibi. Seq̄t i
ſup minor ad ordiez fauor qꝛ raritas reb⁹ ꝓciū ipōit
Seq̄tur preterea potiſſime apud mēdicātiū frm ordi
nes defectus reꝝ tpaliū. Qꝛ cū ex t̄minis ſe nutrire
habeant artitudo terre multis nō ſinit miniſtrare vi
ctum vbi paucis ſufficeret. His ꝛ ſimilibus motus
motiuis legitur olim auiſaſſe predicatorum ordinez
prim⁹ poſtillator toti⁹ biblie venerabilis hugo eiuſ-
dem ordinis iam aſſumptus in cardinalatus officiū
quatenus ſcilicet ordo a nimia conuentuū ml̄titudie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

abſtineret. ¶ Ex multiplicatione vero ſtructurarũ in vno monaſterio ſequuntur magna inconuenientia q̃ ſupra tractatu primo capitulo. xvij. narrata ſunt. Inſuper expenſe graues ex eodẽ iminent nunc de lignis ſubmouendis: nunc de muris reficiendis: ⁊ nũc de tectis reſarciendis. Timendum igitur eſt multis religionibus ne illud malum eis appropriari poſſit yſaie quinto. Ve qui coniungitis domum ad domum et agrum agro copulatis vſq; ad terminum loci nũqd habitabitis vos ſoli in medio terre. In auribus meis ſunt hec dicit dominus exercituũ. Niſi domus mlte deſerte fuerint grandes et pulchre abſq; habitatore. ¶ Duodecima radix eſt feminarum incanta adheſio ſiue ſint ille ſeculares ſiue monaſtice. De quibus moyſes numeri. xxxi. dicit iſrael qui obtento bello ſiuauerunt feminas. Nonne inq̃ iſte ſunt que deceperunt filios iſrael ad ſuggeſtionem balaam. ⁊ preuaricari vos fecerunt domino ſuper peccato phegor vñ ⁊ percuſſus eſt populus. Ad idem eſt beatus auguſtinus libro ſoliloquiorum. Nichil eſſe ſetio quod magis ex arce deiſciat animuz virilem: q̃ blandimenta femine. Et iheronimns ad nepocianum. Hoſpiciolũ tuum aut raro aut nunq̃ mulierum pedes terãt: omnes puellas ac virgines chriſti aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Vide ne ſub eadem tecto manſeris nec in preterita caſtitate confidas. Nec ſampſõe fortior nec dauid ſantior: nec ſalomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemp q̃ paradiſi colonũ de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Et ad heliodorũ. Quid facit monachus in cellis feminarum quid ſibi volũt ꝑuata ⁊ ſola colloq̃a: ⁊ arbitros fugiẽtes ocłi ſcũs amor ipaciẽtiã nõ habz. Ideo ãbroſi⁹ p̱io de officiis ſeiãx cũ clericis nullo pacto ꝯiũcta ꝑmittit ꝯuſatio Ianua dyaboli: via iiq̃taſ: ſcorpiõis ꝑcuſſio: nociuũ

genus eſt femina. Cū ꝓrimat ſimulat ignē incendit flāmigero igne ꝑcutit cōſciam ꝑiter habitātis ꝛ exurit fūdamēta mōtium. Si cū viris femine habitēt viſcarium nō deerit dyaboli. Medium loquēdi cū feīs tenere docet beatꝰ athanaſius libro ſuo exortatorio ad monachos vbi ſic dicit. Vita veſtra iubeat lingua ſuadeat| qꝛ plus auctoritatis exemplum ꝙ ſermo geſtat. Feīas probas ex religiōis ſtudio deo dedicatas cum mēſura veneratiōis honorate vt nec auſteritas inhumana nec ſedulitas ſit remiſſa. In loquendo autem cum eis p̄cipue vobis etas hora ſolitudo vitanda ſūt: vt vitet̄ oīe qđ ꝯtra vos poteſt fingi tāꝙ poſſit credi ip̄a fama femine priuſꝙ nutriātur intereāt. Non eñ vobis tandem fides facti ſed etiam poſſibilitas eſt religanda mēdacij. ¶ Tertia decima radix eſt bonoꝝ viroꝝ perditio qꝛ tunc maligni libertatem hñt maleviuendi. Senſit hoc qui ait ꝓuerbioꝝ. xxix. Cū ꝓphetia defecerit diſſipabitur pp̄lus. Perduntur viri boni mł̄tipliciter aliqñ ineuitabili morte violenta vel naturali: aliqñ per corruptores aīaꝝ morte deterius morali. Aliqñ ꝑ tyrānos ſcłares vel ecclīaſticos de territorio ꝓpellūtur morte ciuili. Aliqñ ēt de vno loco mittūtur ad aliū cui ſubueniendum erit Cauendum ergo ꝙtū ratio dictauerit ꝛ quātum ē humanitus poſſibile ne notabiles viri ꝑdantur. Quia in eorum preſentia ſalus aīe cōſeruatur: que in eoꝝ perditur abſētia. Vñ prouerbioꝝ. xxix. In multiplicatione iuſtorum letabitur vulgus cum impius ſumpſerit principatum gemet populus. Et iterum In multiplicatione impiorum multiplicabūt ſcelera ꝛ ruinas eorum iuſti videbunt. Patuit hoc in moyſe quo viuēte religio veteris teſtamēti fideliſſime per eum tenta eſt: ꝛ inde morituro eo ait ad iſrael. Noui ꝙ poſt mortem meā inique agetis ꝛ declinabitis cito de via quā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

p̄cepi vobis. Sic Joſue moriturus ait ad populuꝫ iſrael. Non poteſtis ſeruire deo. Joſue.xxiiij. Et iudicum.ij.dr̄. Seruieruntq̄ domino ſcilicet filij iſrl' cunctis diebus ioſue et ſeniorum qui longo poſt eum vixerūt tempore. Et ſtatim ſequitur. Et ſurrexerūt alij qui non nouerant dn̄m ⁊ opera que fecerat cū iſrael feceruntq̄ filij iſrael malum in conſpectu dn̄i ⁊ ſeruierunt balim ac dimiſerunt dn̄m deum patrum ſuoꝝ. Hinc de aſſumendo helya in paradiſum per heliſeū quarti regū.ij. clamādo dicitur. Pater mi pater mi currus iſrael ⁊ auriga eius. Currus em̄ ſupportat: ⁊ auriga dirigit. Sic helyas populum iſrael ſupportauerat: defect⁹ ſupplendo in impetratione pluuie periclitante populo ⁊ eundem reduxit ad verā fidē per imp̄cationem ſuper holocauſtum. Pari modo heliſeo egrotante ⁊ ſtatim morituro vt dr̄ ibidē.xiij. capitulo deſcēdit ad eum ioas rex iſrael ⁊ flebat corā eo dicebatq̄. Pater mi currus iſrael ⁊ auriga eius Ita rex iuda ioas viuēte ioiada ſacerdote eodem dirigēte optime rexit regnum legē templum ſacerdotium ⁊ alia regulauit ſctiſſime: ſed ſtatim ioiada defuncto ſe adorari permiſit vt deum: quarti regum. xxiiij. capitulo.

¶ Decimum nonū capl'm declarat duas alias radices que ſūt diuitiaꝝ improportionata augmentatio ⁊ guerrarum ⁊ tyrannoꝝ oppreſſio.

QUarta decima radix eſt diuitiarum improportionata augmētatio per quā videmus hodie grauiſſime collapſa in religione monaſteria. Nec mirum quia abijcitur paupertatis votum per diuitiaruꝫ inordinatum vſum. Ex radice hac monaſterium ſancti martini turonis in moribus adeo collapſum fuit tempore magni karoli ita vt ibi mona-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

chi viuerent nimis delicioſe: inducerentur ſericis ve ſtibus: ⁊ calciamentis aurei coloris. Undeduo ange li ingreſſi ſunt dormitorium: et vno digitum extendē te. alius monachos indicatos percutiebat vigilans hoc videns fugit et angelum ne ſe occideret per no men dei adiuratum emolliuit vt refert ſanctus odo abbas et viuencius in ſpeculo hiſtoriali libro. xxiiij. Deſtruunt autem diuitie religionem dupliciter. Uno modo quando aſſumuntur a particularibus perſo nis et proprie ⁊ tunc adeſt proprietatis vicium quod chriſtus i ananya et saphira punuit grauiſſime. Actu um ſecundo. Aliomodo quando diuitie non habētur in proprio ſed in communi. An tales diminuant per fectionem religionis diffinit ſanctus thomas ſecun da ſecunde. queſt. clxxxviij. articulo ſeptimo in hec v ba. Habere ſuperhabundantes diuicias in communi ſiue in rebus mobilibus ſiue i immobilibus eſt ipe dimentum perfectionis licet totaliter non excludat eam. Habere autē de rebus exterioribus in commu ni ſiue mobilibus ſiue immobilibus quantum ſuffi cit ad ſimplicem victum perfectionem religionis nō impedit ſi conſideretur paupertas in comparatione ad communem finem religionum qui eſt vacare di uinis obſequijs. Si autem conſideretur per compa rationem ad ſpeciales fines religionum ſic preſuppo ſito tali fine ſiue paupertas maior vel minor eſt reli gioni accommoda tanto erit vnaquaque religio ſecū dum paupertatem perfectior quanto habet pauperta tem magis proportionatam ſuo fini. Et ibidem ſcilꝫ in eadem queſtione ponit tres gradus religioſorum Primi ſunt quorum religio ordinatur ad actiones corporales vite actiue vt ad imittandum vel hoſpita tem ſectandam et iſti debent habere communes diui tias ⁊ habundanciam diuciarum communiuꝫ. Alij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt quorum religio ordinatur ad vitã contẽplatiuã
⁊ talibus competit habere poſſeſſiones moderatas.
Niſi ſimul oporteat tales religioſos ꝑ ſe vel per ali
os hoſpitalitatem tenere ⁊ pauperibus ſubuenire.
Tercij ſunt quibus competit contemplari ⁊ contem
plata alijs tradere per doctrinam ⁊ talibus compe-
tit habere modica temporalia vite neceſſaria que cõ
gruo tempore procurata conſeruentur. Et vt ibidẽ
ſanctus thomas in ſolutione tercij articuli dicit ſuꝑ
habundantes diuitie nulli ordini congruunt. Viden
tur autem ſuper habundantes ſecundum eum diui-
tie que habentur quaſi proprie vel per quarum abu-
ſum etiam ſinguli de communitate ſuperbiunt et la
ſciuiũt. De hac dicit ihe. ad helyodorũ epm. Sunt di
tiores monachi ꝙ fuerant ſeculares. poſſident opes
ſub chriſto paupere: quas ſub locuplete dyabolo nõ
habuerant. Suſpicantur eos etiam diuites quos te
nuit mundus ante mendicos. Caueat igitur quelibꝫ
religio: ne propter ſuperhabundantes ſuas diuicias
de ea illud diuinum verificetur deuteronomij. xxxij.
Incraſſatus eſt dilectus et recalcitrauit icraſſatus
impingatus dilatatus dereliquit deum factorem ſu-
um ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo. ¶ Deciaquita radix
guerrarum ⁊ tyrãnorũ oppſſio: ꝑ q̃ apud grecorũ ec
cleſiã ⁊ latinoꝝ innũera ꝑpe nr̃a tp̃a ſũt deuaſtata mo
naſtia: nũc ꝑ ſarracenos nũc ꝑ hereticos: vt ĩ boheia
nunc vero ꝑ guerras p̃ncipũ vt in francia: nũc p̃terea
per alios ſeculares dominos qui exactionibus p̃dis
⁊ oppreſſionibus varijs plura mõaſteria ipſi deſtru
unt: que eorum progenitores fundarunt ⁊ dotarunt
opulenter. De quo clare dicit p̃s. Dum ſuperbit im-
pius incenditur pauper. Ob tale infortuniuꝫ coacti
ſunt rechabite deuoti cerimonias de non bibendo vi
num ⁊ de non habitando in domibus ſed in taberna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

culis: dimittere in parte rigorem a patre eis iniūctū in tempore quo nabuchodonoſor rex babylonis incepit vaſtrare terram iſrael dicēte iheremia. xxxv. Venite ⁊ ingrediamur iheruſalē a facie exercitus chaldeorum ⁊ a facie exercitus ſyrie. Sic poſt moduʒ religio teſtamenti veteris que habebatur in tēplo iheroſolimis funditus defecit ibidem quando nabuzardāʒ princeps dicti nabugodonoſor intrauit iheruſalem: ſuccendit domum dn̄i: omnem ꝙ domum cōbuſſit igni: ⁊ muros iheruſalem in circuitu deſtruxit: trāſlati ſunt cum vaſis viri ⁊ femine in infinita multitudine ⁊ ſacerdotes cum miniſtris in babylonis regnū quarti regum vltimo. Ita cum anthiochus rex peſſimus dominari cepit in iheruſalem et in circuitu: cultum dei veri de templa eliminauit ⁊ ciuitati iheruſalem ydola introduxit: ⁊ cerimonias omnes diuinas prohibuit ita vt nullus ſe auderet iudeum nominare ac infinita mala alia cultoribus dei altiſſimi intulit prout diffuſe habetur primi machabeoruʒ. pri. Et q̄uis talia mala guerrarum ſepe ſuis peccatis mereatur populus tamen valde verendum eſt. ꝙ ſimilia ſuis deformitatibus plus demereatur clerus ⁊ ſtatus eccleſiaſticus. Hec tradit criſoſtomus ſuper quinto matthei vt allegatum eſt in prima radice.

¶ Vicesimum capitulum pandit decimam. 6. radicē ideſt vltimā que eſt parrochiarum plurium incorporatio. Et elicit ſedeci remedia contra lapſū religiōis

Sextadecima radix eſt apud quoſdam parrochiarum plurium incorporatio propter quam aut vix reformari poſſunt aut ſi reformata ſunt difficulter in bono perſeuerant. Non enim dubium quin per religioſos viros ſalus animarum multum procurari poſſit apud plebeos: ſed cum monachus ſolus aut etiam al

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teri conſociatus multum manet extra ſuum cenobiū ſicut curam habentibus eſt neceſſarium: faciliter eis placet fuga monaſterij: horret exinde fratrum ī clauſtro contubernium: moram trahit neceſſe eſt ſatis ſepe circa ſexum femineum: ⁊ īplicari habet reb⁹ tpalibus. Ex quibus ſequitur inobedientia ad ſuperiores: negligentia mādatorum in regula: caſtitatis periculum ⁊ philargirie incenditur viciū. Prudenti iō conſilio vſi ſunt primitiui pr̄es predicatorum ordinis q̄ in ſuis ſtatutis inhibent ne pro eis aliqs recipiat͛ locus: cui ſit annexa cura aīarum. Idipſū facere canonicorum regularium vt audio cōſenſu vnanimi multa in germanie partib⁹ reformata mōaſteria. Percepi preterea relatione viri cuiuſdā fide digni quēdaz nr̄o tempore abbatem fuiſſe alterius ordinis qui cuz repiret ſuū monaſterium multarum eccleſiarum parrochialium eſſe plebanū: lr̄as vel bullas confectas deſuper omnes: ſcalpello diſcerpſit dicens in ꝯtrariū murium auribus. Malo eccleſias perdere q̄ bonos monachos. Sunt enim ſeculares plurimi qui prouidere poteſt xp̄i ouiculis. Huius mentis fuiſſe dinoſcitur beatus gregorius qui caſtorio arunanēſi ep̄o ſta ſcribit. Miſſas publicas in cenobio oīno fieri ꝓhibem⁹ ne i dei ſuoꝝ receſſib⁹ ⁊ eoꝝ receptaculis nl'la popularis prebeatur occaſio ꝯuent⁹ qꝫ nō expedit aīab⁹ eoꝝ. Nec audeat ibi ep̄s cathedrā collocare vl' qualibꝫ ptāte exercere īpandi: nec aliquā ordīatiōez quāuis leuiſſimā faciēdi: niſi ab abbate fuerit rogatus. Quaten⁹ mōachi ſp maneāt ī abbatū ſuoꝝ ptāte vt remotis vexatiōib⁹ a cūctis grauamib⁹ diuū op⁹ cū ſūma deuotione animi pficiāt. Et habet. 18. q. ij. Luminoſo. Ubi gloſa ſup ꝟbo publicas ſic dicit. Publicas in quibus eſt concurſus populorum que fiunt in hora tercia ſed publicas ideſt ſolennes bene cātāt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et ſuper verbo receſſibus dicit. Potius ergo eſſent
monaſteria in ſolitudine q̄ in vrbe. Ex p̄dictis igr̄ ſe
decim radicib⁹ religionē inficiētibus pn̄t ſedeciꝫ cau
tele elici a ſenſu ꝯrio per quas collapſa pn̄t monaſte
ria reformari ꝛ cōſeruari iam reformata. Videlꝫ vt
digni ꝛ boni pro p̄latis ponant vicia debite corrigā
tur: inutiles officiales nō ponātur faciliter in regl'a
ꝛ ſtatutis nō diſpenſet: prelatis neq̄q̄ rebellio fieri
ꝑmittat: tp̄alia frib⁹ in nullo appropent. Raro fr̄es
vel caute cū ſcl'aribus ꝯuerſent. Studiū lrāꝝ p̄ſertiꝫ
ſacraꝝ non negligat indocti officijs ſcl'aribus nō in-
titulentur. Minima mala ꝯmiſſa ne fiāt ꝓuideatur.
Monaſteria nō nimis multiplicētur: feis fr̄es nō ſi-
ne magna neceſſitate ꝯuerſent. Viri boni ꝑ poſſe ma
nu teneant diuitie ſuꝑhabūdātes caueātur. Pro pa-
ce terre crebro deus ꝛ ſcti exorent: Et cura ſaltem ꝑ
ꝓpos fr̄es aut nō retineat aut vt ſolū ꝑ ſolidos rega
tur vel in toto adimat. Ex his iam liquet qui ſūt mo
di generales religioſos reformandi.

¶ Viceſimū p̄mū cap̄lm dat ſpālē modū reformandi
ꝑ ſeptē auiſamēta quoꝝ tria declarat. Que ſūt vt eli
gatur locus vbi veriſimilit reformatio citi⁹ inducat
vt ꝑ pncipalia ꝓfeſſionis inchoetur ꝛ vt officia con-
uentus per bonos adminiſtrentur.

Sed ſpecialius deſcendendo ad reforma-
tionem alicuius monaſterij oculus men
tis habeatur ad ſeptem ſcꝫ. ¶ Primo eli
gatur locus vbi veriſimiliter reforma-
tio citius introducatur. ¶ Secundo ꝑ ea
que cadunt ſub profeſſione principaliter inchoetur.
¶ Tertio officia ꝯuent⁹ pncipalia ꝑ bonos admiſtrē
tur. ¶ Quarto turbatores reformationis maiores
omittant. ¶ Quīto ꝯfeſſores boni ꝛ beniuoli ꝯſtituā
tur. ¶ Sexto exceſſus etiā in paruis cū diſcretiōe pu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niantur. ¶ Septimo ea per que ordo lapſus eſt precí
pue cauzatur. ¶ Primum eſt vt de electione loci ma-
gis ydonei pro reformatione ꝓuideatur. Si enim ex
caplo.xiiij. impoſſibile ſit ſimul reformare vnū totum
ordinem: eligi debet de poſſibilibus ſcdm phm quod
melius eſt. Videatur ergo an locus poſſit veriſimilit
multa nutrire ydonea ordini ſuppoſita: an manutue
ri per fautores patrie: an victum miſtrare perſonis
neceſſariū: an fructus magnus ibi ſequi valeat aiaꝝ.
Et an per iſtum locum reformari loca valeant i bre-
ui alia ⁊ alia conſiderentur ſimilia. Hanc conſidera-
tionem dauid habuiſſe ꝑpenditur cū religionē diui-
ni cultus ampliare ⁊ reformare voluit. Nā pmo pa-
ralipomenō.ij. emit areā iebuſei in hierlm vt pote lo
cū multū ydoneū vbi angelus dauid iuſſerat edifica
re altare dn̄o: ⁊ offerre holocauſtū poſt ꝑpetrationē.
pcti de numeratione populi. Salomon proinde lo-
co eodem templum ſuptuoſiſſimum cum officialibꝰ
copioſiſſimis priꝰ p dauid ordiatꝰ ꝯſtruxiſſe legit̄ ſcdi
paralipomenō.ij.⁊.iij. Chriſtus etiam hieroſolimis
in medio terre religionem xp̄ianam primo per ſe per
apoſtolos: ac eorum diſcipulos initiare et proſequi
voluit vt in decurſu liquet euangeliꝗ ⁊ in apoſtolorū
actibus. Qua a tali ydoneo loco cultus dei latiꝰ dif-
fundi potuit. ¶ Secundum eſt vt per ea que cadunt
ſub profeſſione pncipaliter inchoetur videlicet pera
dicationem viciorum mortalium: ⁊ per fundationem
trium votoꝝ religionis pncipalium obedientiā caſti-
tatem ⁊ paupertatē volūtariā potiſſime. Nā vbi reꝝ pu
ra cōitas nō ſeruat̄: vix ſpes de ꝓfectu reformatiōis
ſperari poteſt. Qua cōmunitate rerum adepta oēs
pene aditus viciorum precludi valeat. Proprietate
vero vel vt inquiunt appropatis et perſonalibus re
rum relictis ſtatim omnes pene viciorum aditus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſſunt obſtrui. Non enim quis ſuperbia veſtium la ſciuere poteſt cū a veſtiario ſolum veſtis miniſtratur r̄ſaris. Auaricia tūc locū hr̄e vix pōt cui fomentū pecunie ſubtractum eſt. Ad feīas nec tn̄ exceſſ⁹ nec carnis lapſus habetur: qn̄ eis nullum eris datur p̄cium Cōmeſſationis ⁊ ebrietatis materiam cibus ſubtrahit refectorij: cum nulla aliūde reſtat via procurādi lautiora. Diſcurſus etiam extra monaſterium ex quibus multa ſequi pn̄t mala faciliter reſtringuntur: q₂ ille nichil poteſt allegare rationabiliter petendo licentiam exitus: cui omnia neceſſaria in monaſterio largiuntur. Permiſſis autem proprijs ⁊ appropriatis e diuerſo vix aliquid regularis obſeruancie nutriri poteſt niſi ſpecietenus. Hūc modum p̄cipalia eradicādi vicia in reformationis exordio ſēp habuiſſe legūtur ſci olim patriarche: iudices: ⁊ prophete. Qui primo omne cultū ydolatrie eradicauerunt ab iſrahelitis. Vn̄ abraham per deum de vr chaldeorū ideſt de igne adorato p̄ chaldeos per deum ſic vocat Egredere inquit de terra tua ⁊ dō cognatiōe tua ⁊ de domo patris tui ⁊ veni in terram promiſſionis ſcȝ quā monſtrauero tibi. Quo annuēte ſtatim edificauit altare deo victoriam belli ſortitus eſt futura vidit ⁊ circūciſionis accepit legem vt patet Geneſis. xij. vſqȝ. xviij. per quam totam ſuam domuȝ reformauit. Sic deus legem naturalem quam a creationis principio cordibus hominum indiderat reformaturus per legem dandam ſcriptoꝛiam moyſe in monte ſynay exiſtente ſic ait a principio. Ego ſum domin⁹ deus tuus ⁊c. non habebis deos alienos coram me. Exodi. xx. Sic ſamuel iudicaturus iſrael et eundem reformaturus in principio regiminis ad eos ait. Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominum auferte deos alienos de medio veſtrum et aſtaroch

et preparate corda veſtra dño ꝛ ſeruite illi ſoli: pꝛimi regum ſeptimo. Cum autem ſcd̄m apl̄m auaricia ſit ydoloꝝ ſeruitus ſumme neceſſarium eſt in principio reformationis ꝓprietatis ydola tollere. Nā colloc̄ ſes. iij. dr. Mortificate mēbra veſtra q̄ ſūt ſup terram fornicationē imūdiciā libidinē ↄcupiſcētiam malaꝫ ꝛ auariciā que eſt ydoloꝝ ſeruitus. Propter q̄ venit ira dei ſup filios incredulitatis. Vn̄ caſſianus colla tione abbatis chere: eadē apl̄i vba cōmemorās ait. Quiſquis nō cōicat neceſſitatibus egenorum ꝛ pe cunie ſue quam infideli tenacitate conſeruat xp̄i pre cepta poſtponit ꝛ ydolatrie crimen incurrit amorem ſcꝫ materie mūdialis diuine preferens charitati.
Hec ergo ſunt auaricie ꝛ proprietatis ydola que re formationis pater pre cūctis demoliri debet palā et etiam occulte exemplo illius pulcherrime rachelis: que vt patrem ſuum ab ydolatrie traheret vicio ydo la eius abſtulit pie mota: ſed in proprio furto. Et cū ea pr quereret ipſa deſup ſedit Geneſis. xxxi. Per q̄ ſignificatur vt dicit ibi gloſa ꝙ auaricie viciū amo ueri debet ꝛ per lamēta penitētie quiſq̧ talia debet tegere. ¶ Tertiū eſt vt officia ↄuētus p̄ncipalia per bonos adminiſtrētur. Puta nō ſolū abbatia / priora tus / decanatꝰ / ꝓpoſitura / ꝛ alia vt magiſteriū noui cioꝝ / ac ſiia q̄bus vt plurimū ānexa eſt cura aīaꝝ: ſꝫ etiam ea q̄bus nō eſt ānexa ſcꝫ veſtiarie cellerarie ſa criſtie ꝛ ſimiliū. Quia ſi talibus officijs nō p̄ficiun tur viri deū timētes ꝛ zelū religionis habētes: ſꝫ te pidoꝝ religioſoꝝ cōplices: nūq̄ vel difficulter emen dari poterunt vicia que a talibꝰ officijs negligenter miſtratis oriri ſolent. Preterea p̄lato principali ni mis durum eſſet ad oīa videre officia continue. In huius rei documētū legimꝰ Numeri. xxi. dixit moy ſes ad dn̄m. Nō poſſū ſolꝰ ſuſtinere oēm hūc populū
m. i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q₂ grauis michi eſt. ꝛc. Cui rn̄dit de⁹. Cōgrega mi-
chi ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ iſrl̄ quos tu noſti ꝙ
ſenes pp̄li ſūt aut magiſtri: ꝛ duces eos ad oſtiū ta-
bernaculi federis ꝛc. vt ſcꝫ ſpm̄ ſctm̄ ideſt grām pro-
phetādi ſeu donū ſciētie accipiāt. Uide ibi notanda.
Unde huius ad inſtar ordinauit cum ſuis eſdras p̄-
mi eſdre ſexto miniſtros dei in templo iam reforma-
to hieroſolimis. Unde ibi dicitur. Et ſtatuerūt ſacer
dotes in ordinibus ſuis ꝛ leuitas in vicibus ſuis ſu
per opa dei in hieruſalē ſicut ſcriptū eſt in libro moy
ſi. Idē fecerūt apl̄i xp̄i p̄mitiuā ecclām in ſpūalibus
ꝓuidētes ꝛ tp̄alib⁹ de quib⁹ dr̄ actuū ſexto. Conuocā
tes duodecim multitudinem diſcipulorum dixerunt.
Non eſt equum nos derelinquere dei verbum ꝛ mini
ſtrare menſis: cōſiderate ergo fr̄es viros ex vobis bo
ni teſtimonij ſeptē plenos ſpū ſctō ꝛ ſapia quos con-
ſtituamus ſuper hoc opus ſcꝫ prouidendo de miniſte
rijs viduis ꝛ mēſis. Nos vero in miniſterio verbi dei
ꝛ orationi inſtantes erimus.

¶ Uiceſimū ſcd̄m caplm̄ declara reſidua quatuor vi-
delicet vt turbatores reformationis cōpeſcantur vt
cōfeſſores boni iſtituātur exceſſus parui cū diſcretio
ne puniantur ꝛ vt radices per quas ordo lapſus eſt
caueantur.

Quarto turbatores reformationis maio-
res cōpeſcātur nūc minis: nūc penis: nūc
etiā ſi opus emiſſione ad loca alia regu-
laria vbi et ſibi facilius proficere pſīt: et
in conuentibus vnde venerunt min⁹ no-
cere. Sunt enim in principio reformationis frequen
ter inſtigante ſatore zizaniaꝝ quidam veteris vite ca
pitanei potentia amicorum vel victorum aſtutia aut
propria malicia freti qui ſollicitant nedum inuitos
ad reformationem: ſed etiam beniuolos a cepto ope

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re retrahere geſtiunt. Talium peruerſas conditio-
nes tradit apoſtolus. ij. ad thimotheū. iij. quēadmo
dum iānes ⁊ mābres reſtiterunt moyſi: ita hi reſiſtūt
veritati homines corrupti mente. Hos beat⁹ iudas
ſeu thade⁹ deſcribit in ſua epiſtola dicens. Hi quicū-
q̄ quidam ignorāt blaſphemant: q̄cūq̄ āt naturalr̄ ve
lut bruta animalia norunt in his corrumpunt. Ve il
lis qui in via cayn abierunt: et errore balaam merce
de effuſi ſunt: ⁊ contradictione chore perierūt ⁊ poſt
pauca ſequitur. Hos quidem arguite iudicatos: il-
los vero ſcilicet innocentes vel beniuolos ſaluate de
igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore
odientes eam que carnalis eſt maculatam tunicam
Unde auguſtinus in regula ſua docens facinoroſos
corrigere ita dicit. Conuictus verō ſcilicet de facio-
re ſcdm̄ p̄poſiti vel etiā pb̄ri ad cui⁹ diſpenſationem
ptinet arbitriū dz emēdatoriā ſubire vindictā. Quā
ſi ferre recuſauerit etiam ſi ipe nō abceſſerit de vr̄a
ſocietate p̄ijciat̄. Nō ei ⁊ hoc fit crudelit̄ ſʒ miſericor
diter ne cōtagione peſtifera plurimos ꝑdat. De hac
mā hūberti expoſitio videat̄ aduertēda plurimum.
¶ Quito ꝯfeſſores boni ⁊ beniuoli inſtituāt̄ q̄ palā ⁊
occulte velut periti medici vulnera malar̄ ꝯſuetudi
nū medicari curēt ꝑ viribꝰ. Hi em̄ melius q̄ alij ad
morbor̄ ſecreta rimanda ⁊ ad emplaſtra ſalubria ſe-
pe aptius applicare valēt egrotis moribꝰ. Et q̄uis
in omni reformato loco illud ſit neceſſarium: magis
tn̄ ydoneis confeſſoribus qui zelum reformatiōis ha
beant opus eſt in monaſterijs monialium reforman-
dis: immo ſine talibus preſertim vbi aliqui eſſent re-
formationi maliuoli nunq̄ debita et efficax fieri po-
teſt reformatio. Sexus enim iſte quia mollis ad bo-
nū per deū timētes: ⁊ ad malū ꝑ deſides ſtatim pſua
ſibilis eſt. Et q̄ facilius eſt deſtruere q̄ conſtruere:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccare ꝙ virtuoſe agere deſcēdere ꝙ aſcēdere. Ita vnus confeſſoꝛ vel litterature titulo inſignitus qui reformationi ex coꝛde non afficitur plus die vno deſtruit ꝙ decem boni pari tempoꝛe edificare valeant Gerant igitur confeſſores ydonei moraliter officia ſacerdotum leuitici generis in cognoſcēdis vitioꝝ lepꝛis: ⁊ in docendo pꝛo talibus curandis deo in vera religione varia virtutum ſacrificia. ¶ Sexto exceſſus etiam in paruis cum diſcretione puniant. Nā enim reformatio non inchoatur cū cerimonijs q̄ etiam nōn cadunt ſub pꝛecepto poſtmodum vix ſe ꝑmittunt religioſi ad altioꝛa ſubleuari vt ſupꝛadictum ē capitu quindecimū. Cum diſcretiōe dico quia ſecundū gregoꝛium cum nemo de immo: repente fiat ſummus ſine ſpeciali miraculo: ⁊ de vno extremo ire ī aliud ſine leſione graui fieri regulariter nequeat: compatiendum eſt his qui vitijs ſūt aſſueti ⁊ cerimonijs inexperti. Ne contra chꝛiſti doctrinam vinum nouū mittatur in vtres veteres ne extingatur lignum vel linum fumigans. ⁊ ne quaſſetur arūdo vento agitata tentationū pꝛout tactum eſt hoc ſupꝛa. capi. xv. Docetur hoc ſextum remedium multum caute per illud eccleſiaſtici. xix. Qui ſpernit modica paulatim decidit. Unde in pꝛologo ſtatutoꝛum oꝛdinis ṗdicatoꝝ ita de ipſis dicitur conſtitutionibus mutare vel addere nulli cuiq̄ pꝛopꝛia voluntate liceat ne ſi mīma neglexerimus paulatim defluamus. Super quo ita dicit venerabilis hūbertus. Notandum ꝙ nulla eoꝝ que ad bonuʒ vel ad malū aīe ꝑtinēt ſūt minima ſimpliciter ſed reſpectu ad maioꝛa dici pñt mīma. Sunt ei. di. mēdata maxīa ſʒ eccľie ſiue ſūmoꝝ pōtificū ꝑua reſpectu ad illa. Maioꝛa vero īſtituētiū rgľas vt auguſtini bñdicti ⁊ ſiľiuʒ ſʒ mīma mādata ſequētiū coꝝ inſtitutiōes ꝯdiētiū: ⁊ itellige īquātū eſt ex ꝑte man=

dantiū non mandatorum. Nam maioris auctorita-
tis ſunt ſummi pontifices ꝛ conſimiles ꝙ auguſtin⁹
vel benedictus. Iſti vero ſunt maioris ꝙ moderni ſb
eis militantes econtra vero contigit interdum quo
ad mandatorum naturam ꝙ mandata ſupaddita re-
gis in ꝯſtitutiōib⁹ ſūt maioris ꝑfectiōis ꝙ mandata
regularū ꝛ mādata rglaria maioris ꝙ eccl'ie māda-
ta. Scdm hūc ꝗ modū vocāt hic mīma ex pte aucto-
ris. Itē dicūt mīma i demerēdo q2 licz ſint magna i
merendo obſeruanti ex charitate: minima tamē ſunt
inter omnia demerendo quia tranſgreſſio eorū mini
ma inducit peccata. Sed tamen non ſunt ideo negli
genda ſed diſtricte ſuanda. Sed ꝯ maledicit dñs in
euangelio huiuſmodi minima diſtricte ſeruantib⁹ di
cens eis matth. xxiij. Ve vobis ſcribe ꝛ phariſei qui
decimatis mentam. ꝛc. Reſpondeo licz his maledi-
cat non tamē propter hoc ſed propter aliud quod ſb-
iungit dicens. Et relinquitis que grauiora ſunt legi
alioquin non ſubiungeret ꝛ diceret ꝛ illa non omittē
innuens ꝙ etiam minima non ſunt neglgenda. Nō
ergo diſcordat domini ſentencia cū iſta ſed ꝯcordat.
Seruanda ſunt igitur conſtitutionum minima di-
ligenter multis de cauſis. ¶ Prīo quia valēt ad me-
ritorum cumulum ſicut eniz hūiliatio circa viſibilia
in ſacramentis facit ad maius meritum. Et humi-
liatio que eſt circa huiuſmodi minimat. Secūdo ad
edificationem proximorum. Interior eniz diſpoſitio
non ita edificat ſicut exterior compoſitio. ¶ Tercio
ad exercitium virtutum. In his enim probatur et ex
ercetur obediētia humilitas ꝛ ſimilia. ¶ Quarto ad
impedimentum malorum maiorum quomodo enim
incurrit detractiones vel lites vel huiuſmodi qui ſi-
uat ſilentium. Eſt ergo ſilentium obſtaculum ad ma
iora mala et ſic alie obſeruantie.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quinto ad cuſtodiam maiorum bonorum. Sicut ei
diſſipata ſepe que modica eſt dirũpitur poſſeſſio ſic
diſſipatis conſtitutionibus maiora bona citius diſſi-
pantur. ¶ Sexto ad locupletationẽ ſpiritualez. Qui
enim modica congregat locupletatur ꝛ qui negligit
ea cuſtodire depauperatur etiam ſi diues ſit. Ideo
dicitur eccleſiaſtici. xix. Operarius ebrioſus qui ne-
gligit congregare denarium ꝛ obolũ quando habet
ſed ſtatim expendit iſta in taberna non locupletabit.
Et qui minima negligit paulatim decidet: ſcꝫ a ſimi-
li. Et inde ſumptum eſt quod hic dr̃. Ne ſi minima
neglexerimus paulatim decidamus. Hec de hũber-
to. Ultimo caueantur etiam opera propoſſe per que
lapſus eſt ordo. De quibus dictuꝫ eſt ſatis capitulo.
xvi. Sunt etiam alia documenta ſalubria pro refor-
matione clauſtralium repertibilia que rerum experi-
entia ꝛ vnctio docere conſueuit ſpiritus almi. ¶ Et
hec de parte ſecunda.

¶ Tertia pars: fructus reformationis ꝛ religionis i-
greſſus oſtendit. Et ſunt quindecim capitula.

PRimumcapitulũ religionis nouẽ fruct⁹
annumerat ꝛ quẽlibꝫ declarat. Et ſũt iſti
vcꝫ ꝙ eſt habũdẽs paupi: mediocri ſuffi-
ciens: tollerabilis diuiti: infirmis larga:
delicatis compatiens: fortioribus mo-
derata: penitentibus miſericors peruerſis ſeuera: et
bonis optima. ¶ Secundum declarat alios duodeci
fructus ingreſſus religionis ꝛ ſex declarat que ſunt
matrimoni non conſummati ſolutio: a debito pecu-
niario acquitatio: a voto quocunq; abſolutio: in de-
fectibus facilior diſpenſatio: ꝛ macule ingratitudis
ſeu infamie abolitio. ¶ Terçium declarat reſiduos
ſex fructus qui ſunt iuramenti preſtiti deobligatio.
hereditatis perdite recuperatio, immunitatis cle-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficalis adeptio. defectuose natorum legittimatio. priuilegij specialis collacõ. et bonorum spiritualiuȝ participatio. ¶ Quartum annumerat alios fructus religionem intrantis ⁊ sunt duodecim. Et primuȝ declarat que est vocationis diuine certificatio. vbi notantur vocationum ⁊ instinctuuȝ multiplices differētie. ¶ Quintum deducit secũdum fructum qui est veneni charitatis obiectio vbi ostenditur ꝙ charitatis triplex est venenum quod religio docet euomere scilicet superbia auaricia ⁊ luxuria. ¶ Sextuȝ declarat tercium fructum qui est ad victimaȝ perfecta dispositio vbi docetur quomõ homo ad modum hostie veteris testamenti per septem se deo sacrificare debet. Septimum manifestat quartum fructum qui est holocausti veri oblatio vbi docetur quomodo homo totaliter se deo per religionis ingressum imolat ꝑ tria substantialia ordis ¶ Octauũ ostēdit quītũ fructum qui est vite xp̄i cõformatio: potissime in duodecim ꝙ xp̄s pass⁹ est pro nobis que religiosus imitãdo xp̄m pati debet. ¶ Nonum manifestat sextum fructuȝ qui est plena peccati remissio ⁊ a purgatorio pro tũc absolutio si ita decederet. Et ostenditur quomodo religiosus moritur mundo. ¶ Decimũ deducit septimũ fructuȝ qui est philosophie supreme professio. Et oñditur quid sit vera philosophia qꝛ religio. ¶ Uñcim oñdit octauum fructũ ꝗ est spũs ad deũ facilior erectio: a mũdo vano ꝗ assimilat visco: egypto puteo fetenti et obsesse ciuitati. ¶ Duodecimum ostendit nonum fructum qui est in dubijs tutior ambulatio vbi traditur in dubijs quomodo obediri debet ⁊ ꝙ ingressus religionis libro vite ascribit. ¶ Decimumtertiuȝ declarat decimum fructum qui est operũ ꝑ vota melioratio vbi ostēdit ꝙ idem factum ꝑ laycũ ⁊ mõasticũ est mõastico magis meritoriũ etiã si inuit⁹ faciat.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Decimum quartum manifeſtat vndecimū fructuꝫ qui eſt pctī cōmiſſi minoꝛatio vbi oñditur ꝙ trib⁹ caſibus exceptis idem pctm̄ ꝑ religioſū ⁊ ſclare cōmiſſum religioſo quo ad plura eſt tollerabilius. ¶ Decimū q̄ntū ꝯcludit duodecim fructum q̄ eſt iudiciaria ptās vbi oñdit̄ q̄uo in extremo iudicio multi iudicare dn̄t ſed religioſi perfecti perfectius alijs.

¶ Primū cap̄m religionis nouem fructus annumerat ⁊ quēlibꝫ declarat ⁊ ſūt iſti videlꝫ ꝙ eſt habūdās pauperi mediocri ſufficiens tolerabilis diuiti infirmis larga delicatis compatiens foꝛtioꝛibus moderata penitentibus miſericoꝛs peruerſis ſeuera ⁊ bonis optima.

## ¶ Tertia pars.

VT pꝛobetis que ſit volūtas dei bona beneplacens ⁊ perfecta per que pꝛomittit apl's reformatis pꝛemia multa. Senſus em̄ littere eſt. Refoꝛmamini vt pꝛobetis ideſt experim̄to dicatis que ſit volūtas dei bona quidem in ſe. qꝛ non vult niſi bonum. Beneplacens alijs cōſiderātibus: ⁊ ꝑfecta in nullo diminuta. Vel bona pꝛopter bonū nature: bn̄placens pꝛopter bonum gratie ⁊ perfecta pꝛopter bonum gloꝛie Vel bona q̄tū ad ſtatū incipientiū: bn̄placēs q̄tum ad ſtatū ꝓficientiū ⁊ ꝑfecta q̄tū ad ꝑfectoꝝ ſtatum. Ad hec em̄ tria oīm religionū ſtatus reptus eſſe dinoſcitur vt per eum velut in ſcola ꝟtutum de incipiētibus deo famulari per media accōmoda ducatur quis ad charitatis ſupꝛemum gradum. Ut autē de quibuſdam religionum loquamur fructibus ſūt em̄ multi valde triplices nunc tangentur. Quidā ſūt circa tp̄alia ꝯmoda quaſi p̄ncipaliter ⁊ ſūt in q̄b⁹ apparet voluntas dei bona. Quidam circa tempoꝛalia ⁊ ſpiritualia ſimꝉ in quibus apparet volūtas dei bene

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

placēs. Et quidē ſūt ꝑncipalit̄ circa ſpūalia ⁊ eter-
na ⁊ ſūt numero duodecim circa que apparet ꝑfecta
dei volūtas. Taceo aūt pro nūc de ſeptē vtilitatib⁹
que dicte ſunt tractatu ſcđo capitulo .vi. ¶ Sūt itaq̄
vtilitates ⁊ ꝯmoda que affert religio ingrediēti que
Hugo de folieto annumerat in de clauſtro aīe et de-
clarat. Audiant inquit ſcl̄ares quos delectatio tꝑa-
liū detinet q̄ religiōis abhorrēt hītū aīs ingreſſū ꝙ
ſuauis ſit vere religionis cohabitatio. Habūdās eſt
em̄ paup̄i mediocri ſufficiēs: tolerabilis diuiti: infir-
mis larga: delicatis cōpatiens: fortiorib⁹ moderata
penitētib⁹ miſericors: peruerſis ſeuera: bonis optīa.
Hec ſūt nouē bñficia religionis. ¶ Primū habūdās
eſt pauperi. Sūt tñ pauperes in duplici differentia.
Quidā rebus tꝑalibus egent ſed inuiti ⁊ hec vocari
ſolet egeſtas. Egent em̄ reb⁹ ⁊ bona volūtate qua ni
chil ditius eſſe p̄t. Et de talibus quidā veniūt ad mo
naſteriū de ſcl̄o vt poſſint honorari: qui in ſua domo
nō niſi ꝯtēptibiles eē potuerūt. Tales aūt laborant
vt poſtmodū ad loca mittātur ditiora: aut murmu-
rāt ꝯtra diſpēſatores reꝝ tꝑaliū vt lautiora q̄rentes
ꝓprio noīe vocari erubeſcūt gaudētes abbates prio
res nūcupari vel ſilib⁹ titulis inſigniri. Hmōi paup̄i
bus nō xp̄s ꝓmittit regnū ſed infernum. Aliȷ̄ ſūt q̄
ex paup̄tate venerūt quib⁹ ſi dent̄ neceſſaria ex hila-
ritate putēt eſſe ſuperflua. Ociū dici vni⁹ ſacrilegiū
eſſe credūt: ſaturari vilibus cibis arbitrantur viciū.
Nulli equales eſſe ex debito cūctis ſeruire ſe eſtimāt
Aliq̄n bonas veſtes habere erubeſcunt: ⁊ niſi condi-
ret humilitatem diſcretio vti licitis licitum eſſe dubi
tarent. Tales ſequūtur xp̄m pauperē itinere recto q̄r
paup̄es pauperem humiles humilem. His dātur ad
neceſſitatē tꝑalia ⁊ ꝓmittūtur ad eternitatē celeſtia
Mathei quinto. Beati pauperes ſpiritu quoniam

ipſorũ eſt regnum celorum. ¶ Secũdo religio medio cri eſt ſufficiens. Nam mediocri ſcilicet in diuitijs ſufficere debet quia neceſſaria prebet dat ſatis ⁊ dat gratis. Mediocritas eſt via media que ducit ad ciuitatem ſũmi regis. A dextro vero ⁊ a ſiniſtro ſunt egeſtas ⁊ diuitie. In vna auguſtiantur per pauperta tem in alia vero errant per ſuperbiam. In precioſa enim veſte ſuperbia in pãnoſitate aliene rei concupi ſcentia timetur. Mediocritas autem eſt quaſi mẽſu ra qua totius bonitatis ſpacium terminatur. Ideo ſalomon orat prouerbiorum terciodecimo rogaui te ne deneges michi anteq̃ moriar. Uanitatem et verba mendacia longe fac a me. Mendicitatem ⁊ diui cias ne dederis michi ſed tribue tantũ victui meo ne ceſſaria ne forte ſatiatus illiciar ad negandum et di cam quis eſt dominus? Et egeſtatẽ ꝯpulſus furer et piurem nomen dei mei. ¶ Tercio religio tolerabilis eſt diuiti xp̄o teſte dicente. Iugum meum ſuaue eſt ⁊ onus meum leue. Spes enim muneris laborem one ris minuit. Uere onus leue vita xp̄i quia nec multa portat nec diu. Religio non acquirit cum cupiditate nec poſſidet cum amore non dolet ſi amiſerit. Iuguz autem dyaboli grauat et opprimit. Multa enim pa titur diuitum ſuperbia. Quibuſdam in diuitum mẽſa datur cibus ſine potu alijs econtra potus ſine cibo. Quibuſdam dantur ſuperflua nimis multi ibi ie iuni ſurgunt a menſa ⁊ tamen leta vrbanitate famen conſolantur. Menſa vero religionis eſt ordinata ſuf ficiens nõ ſuperflua. Et chriſtus bonis dicit matth. xi. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. Et iohannis ſeptimo. In nouiſſi mo die magne feſtiuitatis ſtabat iheſus ⁊ clamabat dicens. Si quis ſitit veniat ad me et bibat. Ieiunant milites vt aliena rapiant ſcolares vt ſubtiliores fiãt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

auari vt ditentur ypocrite vt appareant: infirmi vt conualeſcant: et pugiles vt vincant et iſta cum facilitate faciunt. Cur non ita pro eterna mercede fiet ſentato leuis labor diuitum grandis. Leuior eſt labor clauſtri leuius eſt pondus tunice ꝙ lorice. Tutius eſt clauſtrum ꝙ caſtrum: tutior eſt abbatis obedientia ꝙ regis iuſſio. ¶ Quarto religio infirmis eſt larga. Quidam enim ſunt qui infirmantur ex ſenio. alij vero ex membrorum leſiõe: alij ex infirmitate ad tempus: alij continuo languore. De quibus omnibus ꝗdam ſunt garruli: alij ad cauſas exteras vocari deſiderant: alij de medicinalibus non vt libet miniſtratis murmurant: alij gemunt inconſolabiliter alij turbant ſeruitores grauiter. Econtra boni ſilentio linguam comprimunt: vitam exemplatiuam diligunt. medicinalia non curant: aut grate recipiunt: in tribulatione gratias agunt ⁊ obſequioſis ſibi beniuoli exiſtunt. Eſt autem religio larga infirmis vt ſi detur alijs neceſſaria infirmis plura ⁊ delicatiora querantur. Plura vt ex multis aliquid placeat. Delicatiora vt cum guſtauerint reficiantur in aliquo.

¶ Quinto religio eſt compatiens delicatis. Sunt enim quattuor delicatorum ſpecies ſcilicet voluntate vſu genere natura. Voluntate delicati ſunt qui cũ groſſioribus cibis vti poſſent nolunt ſed diuerſa exquiſita fercula querentes reſpondent ventri. Pane autem delicatus talis compeſcendus eſt et abſtinentia. Vſu delicati ſunt qui cum in ſeculo eſſent ſeruiebant ventri. In monaſterio vero poſiti vſum ſoliti cibi mutare nolunt infirmitatem corporis tales timẽt et anime ſue mortem conferunt vnde malus vſus abolendꝰ eſt. Genere delicati ſũt filij nobiliũ ⁊ diuites ꝗ ſicut in ſclõ fuerẽt nobiliores dignitate gñis ita icõ ſpectu frm̃ nobiliores ſĩt ꝓceſſu bõi opis. Natura vero

nitijs et quibuſcunq; ſecularibus expoliamu r. Unde pellem pro pelle ⁊ vniuerſa que habet homo dabit ꝓ anima ſua. Cauendum enim valde eſt ne religionis aſſumentes habitum animum retineant ſecularem. Contra quam peruerſitatem cuidam tepido conuerſo monacho ait quidam ſanctorum patrum. Senatorem eſſe diſiſti. ⁊ monachum nō feciſti. Et yſaias de ſimilibus ait. yſaie. xiij. Si mutare poteſt ethiops pellem ſuam aut pardus varietates ſuas. ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Super q̄ pulchre gloſa dicit. Hoc teſtimonio vtūtur hij qui diuerſas naturas inſerere conantur tantam nigredinē vel varietatem peccatorum dicentes vt in candorem et illius pulchritudinem tranſire non poſſit non hoc attendentes cum didiceritis malum. Quid q̄ enī dicitur non nature eſt ſed ſtudij et proprie voluntatis que conſuetudo peccandi quodammodo in naturaȝ trāſit. Sed quod hominibus impoſſibile eſt. deo poſſibile eſt: vt non ethiops vel pardus ſuam videatur: naturā mutare ſed qui in illis operatur. Unde apl's. Omnia poſſum in eo qui me ꝯfortat. Et non ait ego ſed gratia dei. Et viuo iam non ego ſed viuit in me chriſtus. Et quid habes quod non accepiſti. Si autē accepiſti quid gloriaris quaſi non acceperis. Nō igitur glorietur ſapiens in ſapientia ſua vl' fortis in fortitudine ſua ⁊ huiuſmodi que in omnibus operatur virtus xp̄i. ¶ Sexto hoſtia in fruſtra diuidebaẜ. Hoc autem quattuor modis moraliter hodie fieri poteſt ſecundum gloſaȝ leuitici primo corpis membra dei obſequijs dando. Secundum virtutem diſcretionis cunctis agibilibus applicādo. Tercio ſacra ſcripture verba ſingula ponderando vel ſingl'oꝝ xp̄i mēbrorū. i. ſanctorum patrum ⁊ fratrum facta. Et quarto pro exemplari congruo proprie vite adaptando. Un̄ gloloſa interlinearis ſuper verbo in fruſtra cōcidēt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicit. Membra vel ſenſus corporis domino conſecrã do vel certa diſcretione ſingula examinando tanq̃ fideles diſpenſatores. Et gloſa ibidem origenis dicit Membrati vitulum diuidit: qui per ordinem diſtincte explanat. quid ſit profecto. xp̄i fimbriam cõtigiſſe. quid pedes lachrimis lauiſſe. ꝛc. Et ibidem yſidori gloſa dicit. Membra conciduntur dũ ſingulorꝫ cõuerſatio in augmentum corporis in mẽſura cuiuſcũqꝫ membri edificatur. Opus ergo eſt religioſo vt dũ vicia per contritionem mactauit: eorundem viciorũ poſtq̃ male conſuetudinis pellem abſtraxit penitentieqꝫ lamentis vtrumqꝫ lauit vt p̄dictis quattuor miſticis inſiſtat demẽbrationibꝰ. ¶ Primo corpis mẽbra deo exhibẽdo qđ ſuis ẽt īducit apl's diſciplis rõanos ſex. exiſtimate vos ait mortuos quidem eſſe peccato viuentes autem deo in chriſto ihesu domino noſtro. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentijs eius: ſed neqꝫ exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato ſed exhibete vos deo tanq̃ ex mortuis viuentes ꝛ membra veſtra arma iuſtitie deo. ¶ Secundo dimembrationi inſiſtant virtutem diſcretionis agibilibus applicando. Que virtus q̃ neceſſaria ſit volenti ad p̄fectionis apicem ſine errore via compendioſa rendere docet latiſſime ſãctus abbas moyſes: vt refert caſſianus in collationibus patruꝫ collatiõe ſcđa. Et ad idem eſt phũs. vi. ethicorum qui prudẽtiam que eadem eſt cum diſcretione deſcribendo ait. q̃ eſt recta ratio agibilium. Immo chriſtus hanc habere iubet cum matthei decimo aplis ait. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes et ſimplices ſicut colũbe. ¶ Tercio ẽt ſi ſciam ſcripturarũ habere põt diſcutiãt ſingule eiꝰ pticule. Quia ſecundum pſalmiſtã dulciores ſũt ſup mel ꝛ fauũ. Lex dñi imaclata ꝯũtẽs aĩas. Et teſtio-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nium dñi fidele ac dei iuſtitie. ¶ Quarto vero inſpiciantur ſingulorum bonorum geſta virtutū velut viua exēplaria virtutes diſcendi potiſſime tñ xpi q̄ dixit Johānis. xiij. Exēplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita et vos faciatis. ¶ Septimo tandē hoſtia ſuper altari cremabatur po ſt dimēbrationē. In altari em̄ iugis erat ignis. Unde leuitici primo dr̄. Imponent ſcz membra ſuper ligna quibus ſubijciendꝰ eſt ignis Inteſtina vero et pedes lauabāt aqua et oblata oia adolebat ſacerdos ſup altere i holocauſtū et odorem ſuauiſſimum dño. Per que vt gloſa dicit intelligitur ꝙ deo ſe totū offerēs ꝑ charitatis ardorem oia q̄ cogitat affectat facit aut loquitur iugiter in cordis ſui ara deo offerre debet qꝛ hoc eſt facere deo odorē ſuauiſſimū. Sic em̄ vt btūs gregorius exponit cor debz eſſe dei altare: ligna q̄ imponi debēt ſūt ſacre ſcripture verba et fomēta charitatis ac deuotionis. Deuotio et charitas ſint ignis libera volūtas eſt ſacerdos vterqꝫ homo cū ſuis donis hoſtia ſint ſalutaris. Additur aūt notanter de lotione pedum et inteſtinorum poſt dimēbrationem fienda. Super quo gregorius. Pedibus terra tangitur inteſtinis ſtercora geſtantur: qꝛ plerūqꝫ iam ex diſiderio in eternitate ſuccendimur: et toto ſenſu deuotionis ad appetitum noſtre mortificationis inhiamus. Sed qꝛ adhuc terrenum aliquid per infirmitatem agimus multa etiam que iam ſubegimus illicita in corde tolleramus. Cumqꝫ cogitationes noſtras immūda tētatio inquinat: inteſtina hoſtie ſtercus portant: ſed comburi debēt. Lauantur quia imūdas cogitatiōes fletus diluit. quas in acceptione ſacrificij ſupernus amor incendit. Et quidquid mens vel in experto tētamine vel de priſtine conuerſationis patitur memoria lauatur vt tanto ſuauius in conſpectu dñi ardeat quanto cum aſſi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtere ceperit nil terrenum nichil lubricum in ara ſue orationis imponat.

¶Septimum capitulum manifeſtat quartum fructũ qui eſt holocauſti veri oblatio vbi docetur quomodo homo totaliter ſe deo per religionis ingreſſũ immolat per tria ſubſtantialia ordinis.

Quartus fructus eſt holocauſti veri oblatio que cõſiſtit nedum in dimiſſione mali in quo precedens fundatur vtilitas ſʒ etiam in exhibitione ⁊ traditione ꝑfecti ſui In genere em̃ hõ tria habet quodãmõ bona res exteriores: corpus cuius potior delectatio cõſiſtit circa venerea. Et animam cuius cacumen eſt volũtatis libertas que oĩa ꝓfitendo religioſus deo ſacrificat ꝑ obediẽtie votum. Hic em̃ ẽ felix trinari⁹ quẽ cõmẽdant philoſophi laudãt ſancti ⁊ quẽ ſacra ſcriptura cõprobat tam in veteri ꝙ in nouo teſtamento. Cõmendant inꝙ phi numerum ternarium dicente eorum principe in principio celi ⁊ mũdi. Per hũc quidem numerum ſcʒ trinarium adhibemus nos ipſos magnificare deum vnum eminentem ꝓprietatibus eorum q̃ creata ſunt. Que verba ſctũs Thomas tractans primo ſcripto diſtinc. iij. q. p̃ma ſic exponit dicendo ꝙ ſcđm cõmentatorẽ non intẽdit phũs ternitatem ꝑſonarum in deo ponere: qꝛ phi ad hoc non venerunt ſed ꝓpter hoc ꝙ in oĩbus creaturis apparet ꝑfecto in trinario ſicut in principio medio ⁊ fine. Jõ antiqui honorabant deum ſacrificijs ⁊ orationibus triplicatis. Conſtat autem ꝙ dare tp̃alia ſua bona deo p̃mũ bonum eſt. Corpus mancipare caſtitati meli⁹ eſt qꝛ nõ eſt cõdigna põderatio ꝯtinẽtis aĩe ſʒ optimũ eſt etiã aĩaʒ ꝑ obiam offerre deo. Laudãt nũerũ trinariũ ſcti vt auguſtin⁹ libro de iudicio faciẽdo & tractãs illud p̃s. Quid retribuã dño ꝓ oĩb⁹ q̃ retri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

buit michi. Indicabo tibi o hõ quid ſit bonũ ⁊ quid deus reqrit a te. Utiq; facere iudiciũ ⁊ diligere miſericordiã ⁊ ſollicitũ ambulare cũ deo tuo. Tria hec ſũt q̃ offerre debes quia ⁊ de⁹ qui ternitas eſt nõ niſi trino ſacrificio digne diligi poteſt. Diligit autem miaʒ qui temporalia dat pauperibus: facit iudicium qui per caſtitatem cum ap̃lo caſtigat corpus ſuũ ⁊ in ſeruitutem redigit. Et cum iob pactum facit cum oclis ſuis ne cogitet quidem de virgine. Sed ſollicite cuʒ deo ambulat qui mandata regule ⁊ conſtitutionuʒ ꝑ obedientiã attente cuſtodit. Hinc btũs bernard⁹ in ſ̃mone de purificatione beate virginis dicit. Sed q̃d nos fr̃es offerimus aut quid retribuimus illi pro oĩbus q̃ retribuit nobis. Ille pro nobis optulit hoſtiaʒ precioſiorẽ quã habuit nimiꝝ qua p̃cioſior eſſe nõ potuit. Et nos ergo faciamus quod poſſum⁹ q̃d hẽm⁹ optim offerẽtes illi q̃d ſum⁹ vtiq; noſmetipſi. Et poſt pauca in oblatione illi dñi tres fuiſſe legũt. Joſeph maria ⁊ xp̃s. Et ĩ oblatiõe nr̃a tria nichilomin⁹ a domino requiruntur Sacra inſuper ſcriptura trinariũ talem approbat. Nam tres illi reges euangelijs aurũ thus ⁊ mirram obtuliſſe regi ſummo legũtur. quia in auro theſaurus rerum in mirra carnis mortificatio: ⁊ in thure voluntatis obedientia deſignat. Hic ẽ q; in veteri teſtamento religioſi figurabãt per nazareos perpetuos quales fuerunt ſanpſon ⁊ ſamuel. Debebant autem nazarei tp̃e toto quo tales erant. ſ. diuino cultui conſecrati: tria facere: vt habetur numeri ſexto. A mortuis etiam amicis non contaminari a vino ⁊ omni quod inebriare poteſt abſtinere ⁊ nouacula capite non radi. Per que vt gloſa ibidem innuit ſequeſtratio a temporalibus rebus ĩterdicitur fomentum luxurie in vino prohibetur. et obediẽtia iniũgit ꝑ quã nec dolo nec malicia cogitatiõib⁹ mẽ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis quis polluatur. Facit igitur qui religionem approbatam ꝯfitetur debite ſe veriſſimū holocauſtum dn̄o: qḋ ſacrificiū in veteri teſtamēto oīa excellebat ſacrificia. triplici de cauſa vt tangitur leuitici ſexto. Quia ſine macula eſſe debuit ſcʒ non debile vel languidum aut re immūda cōtactum per quod contagium terrene ſubſtantie figuratur. Debuit eſſe maſculus nunꝙ femia ꝑ ꝙ carentia veneree delectatiōis intelligitur. Et oportebat totalr̄ incendi deo ꝑ qḋ obedientia q̄ nichil ſibi ꝓprie volūtatis retinet innuit. Dicit enim holocauſtū ſacrificiū totalr̄ incēſū ad honorē dinū ab olon ꝙ eſt totū. ⁊ cauma qḋ eſt incēdiuʒ ꝑ qḋ etiā aſſignabat ꝙ aīa offerētis debebat totalit reſolui ſeu referri in amorem diuinum ſecundum illud deuteronomiȷ̄ ſexto. Diliges dominuʒ deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua ⁊ ex tota fortitudine tua. Ut nicholaus de lyra ad litteraʒ exponit leuitici primo. Per cor enī volūtas per aīam ſēſualitas ⁊ ꝑ fortitudieʒ executiua potētia exterioꝛ itelligit. Que oīa tunc ⁊ perfecte diuine dilectatiōi exhibent: quando volūtas obedientia aīa ſenſitiua caſtitate. ⁊ exterioꝛ valoꝛ voluntaria paupertate decoꝛatur. Exclamauit hanc ſniam religioſiſſimus ille olim ſamuel ꝑmi regū. xv. ꝯ ſaulē qui deo non obedierat interficiendo ⁊ demoliendo ea q̄ erant amalech. Nūquid ait vult dominus holocauſta ⁊ victimas et non potius vt obediatur ei. Melioꝛ eſt obedientia ꝙ victime et auſcultare magis ꝙ offerre adipeʒ arietum. Quia quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare et q̄ſi ſcelus ydolatre nolle acquieſcere. Super quo gloſa dicit et eſt beati gregoriȷ̄. Melioꝛ eſt obedientia ꝙ victime quia per victimas aliena caro per obedientiam vero propria voluntas mactatur. Tāto ḡ q̄ſqꝫ citius deū placat, quāto repſſa arbitriȷ̄ ſui ſuperbia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gladio precepti ſe immolat. Ariolandi vero peccatū inobedientia dicitur vt quanta ſit virtus obedientie ex ad verſo demōſtretur. Si enim peccatum ariolā. eſt repugnare ⁊ quaſi ſcelus ydolatrie nolle acquieſcere: ſola obedientia eſt que fidei meritum poſſidet ſine qua infidelis quiſqꝫ coniuncitur. Unde ſolomō prouer. xxi. Uir obediens loquitur victorias. Dū ei aliene voci humiliter ſubdimur noſipſos in corde ſuperamus. Hoc profecto holocauſtum ſumno cum deſiderio flagitabat apoſtolus a ſuis alumnis cum anteq̄ diceret ita premiſit. Nolite conformari huic ſeculo ſed reformamini inouitate ſenſus veſtri. Obſecro itaqꝫ vos per miam dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam deo placentē rationabile obſequium veſtrum: Tria religionum ſubſtātialia aperte ſuis ineſſe deſiderans doni terreni collationem nobilem cum dicit corpora veſtra hoſtiaꝫ. Deinde carnis mundiciam ad deum relatam ibi ſanctam deo placentem. Sanctum enim idem eſt q̄ mūdum. Et obedientiam cum concludit rationabile obſequium veſtrum. Unde yſidorus ſuper leuitici prio ſuper verbo ſi holocauſtum dicit. Sacrificium deus exigit vt nobis proficiat non ſibi. Unde obſecro vos vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam ſanctā deo placentem rationabile obſequium veſtrum. Placens eſt ergo ſacrificium deo corporum noſtrorum mortificatio quia et a peccato abſtinemus et virtutes acquirimus. Hoc alij pleniſſime alij faciunt ex parte. Qui ſe omnino mortificant et ſeculo renunciant holocauſtum fiunt dum ſe totos per intelligibileꝫ ignē deo offerunt nō iam terreni ſed celeſtes effecti.

¶ Octauū caplm oñdit q̄ntū fructū q̄ eſt vite xp̄i conformatio potiſſime in duodeci que xp̄s paſſ⁹ eſt ꝓ nobis: q̄ religioſus imitādo xp̄m pati debꝫ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QUit⁹ fruct⁹ eſt vite xp̄i ꝯformatio. Eſt.n. xp̄i vita integerrimū ⁊ idefectibil̄e ac ſolū ꝑfectū exēplar viuēdi ꝟtutū. De oib⁹.n alijs dr̄ i pſalmo. Oēs decliauerūt ſimul i utiles facti ſūt nō eſt q̄ faciat bonū nō eſt vſq; ad vnū.ſ.xp̄m. Et itex. Ois hō mēdax. Et iohānes in ſua canonica. Si dixerim⁹ q: pctm̄ nō hēmus noſipſos ſeducim⁹ ⁊ ꝟitas i nobis nō eſt. A qua ſnīe tētia btūs auguſtin⁹ btiſſimā excipit virginē. Uidetur aūt xp̄i vita in duob⁹ ꝯſiſtere principalit̄. Pࢡo i diſcurſu vite xp̄i.ij.in cōſummatione ſue paſſionis ſāctiſſime in qua omnium virtutū cōcluſit apicē. Perfecto itaq; īſpicitur pࢡa in vita xp̄i. Quō aūt xp̄s vitam ⁊ mores religioſorum oſtendit in ſe ⁊ i ſuis diſcipulis late ſatis illud tractatu ſecūdo caplo.4. deductū eſt. ꝙ aūt quo ad ſecundum religioſorū vita ſi ſ⸗uatur vt inſtituta eſt maxime conformetur paſſioni ſaluatoris liquet ex duodeci ꝑ q̄ in ſua paſſione gra⸗uiſſime paſſus eſt. Nam in agonia fuit contriſtatus deinde captus ſuſtinuit vincula a cognatis et notis derelictus. varie coram iudicibus accuſatus irriſ⁹ a vanis multipliciter. flagellatus crudeliter. vilib⁹ indutus veſtibus duriter ſub cruce oneratus flebilit̄ ſpoliatus rebus vniuerſaliter crucifixus per peccatores atrociter: ⁊ in penis perſeuerauit immobilit̄. ⁊ tandem in alieno tumulo eſt poſitus. Sic nimirum verus religioſ⁹ religioſā vitā aggrediēs in agonia nonnunq̄ᵱ ponitur per tentationes varias: preſertim anteq̄ᵱ ſeculum valeat relinquere. Uinculatur capt⁹ quando membra regule et conſtitutionibus ſubicit. A notis derelinquitur cum eis nichil vltra dare conſueuit. Accuſatur ſepe a confratribus in capitulo et extra etiam pro minimis. Irridetur etiā a vanis plerūq; hoibus iuſti ſimplicitas. Flagellatur crebro ꝑ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diſciplinas varias. Ueſtibus induitur ad carnem nō niſi laneis ꝛ vilibus. Sub cruce frequēter gemit pe=nitentie. Rebus ſpoliatur omnibus per paupertatis voluntarie comertium. Crucifigit carnem ſuam cum viciis ꝛ cōcupiſcētiis. Perſeuerat in talibus conſtā ter ſub voto obedientie patris ſpūalis ſine cuius nu=tu de cruce non deſcēdit obediētie quouſqꝫ moriatur Et ſic quodāmodo latet in ſepulchro ſeptorum ipſiꝰ monaſterij non inde exiens niſi ad iuſſum paternum Per que patet ꝙ viri religioſi ꝑfectiſſime xp̄i paſſio nem imitantur ſatiſfacientes bti petri preceptis per fectiſſime quibus dicit. Xp̄us paſſus eſt pro nobis vo bis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eiꝰ. prime petri. ij. ¶ Primo itaqꝫ religionem aggrediēs nōnūqꝫ in agonia ponitur in qua mundus cum reli=gione: caro cum anima: ſenſualitas cum ratione bel=lum mouere cōſueuit: opus eſt tunc cum xp̄o intenſiꝰ orationi incumbere. Quia de xp̄o dr̄ luce. xxij. Factꝰ in agonia prolixius orabat. In tali agonia beatꝰ au=guſtinus olim ante baptiſmū extitit. Qui cum reli=gioni animum daret vehemēter dubitauit: ꝛ de beati anthonij illitterati ꝟtutibus audiens ait. Quid pa timur. Surgunt indocti ꝛ rapiunt celum nos aūt cū ſcia noſtra ad inferna dimergimur. Fleuit itaqꝫ ama riſſime ſub arbore: mortem fugiens vbi audiuit. Tol le tolle lege. Et apto libro a caſu ſui ex parte ſi diuio nutu dei dono legit illud Rom̄. xiij. Induimini dn̄m noſtrū ieſum xp̄m ꝛc. vt in eius traditur geſtis. Unde Gregorius. xxiiij. moralium exponens illud factus in agonia prolixius orabat ſic inquit. Appropinquan te morte noſtre mentis in ſe certamen expreſſit. Quem quandam terroris ac formidinis patimur cum pro ſolutione carnis eterno iudicio propinquamus. Nec immerito quoniam anima poſt puſillum hoc in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uenit quod ineternum mutare non poſſit. Ita etiam cum religionis ingreſſus cum affectu ſaltem profeſſiōis ſit mors quedam ciuilis qua mundo quis moritur: non mirum ſi agonia in tali ſurgit qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. ¶ Secundo ligatur ⁊ vinculis ſtringitur qui regulam et ſtatuta profitetur. Sūt autem duplicia vincula: quedam peccatorum que ſunt fugiēda: alia virtutum quibus ſe pro poſſe ad deo ſeruiendum quiſq debet alligare. De primis dicit pſalmiſta gloriando Diſrupiſti vincula mea gloſa peccatorum tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Iſta vincula rumpuntur faciliter cum quis in gratiarum actione ſe per religiōis ingreſſum deo immolat. De quo aperte intelligi poteſt prefatus pene totus pſalmus. Credidi propter. ⁊c. preſertim a verſu Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. Calicem ſalutaris accepiam. ⁊c. Uota mea domino reddam per profeſſionem. ⁊c. Alia ſunt virtutum vincula quibus deo aſtrigimur ⁊ ad mandata licita religionum. Unde apoſtolus coloceñ. iij. multis prenumeratis virtutib⁹ concludit. Super omnia autem hec charitatem habere quod eſt vinculum perfectionis. Gloſa. Caritas enim homines alligat ne abeant. Certū eſt aūt ꝙ oīa religioſoꝝ mādata pro fine charitatem habent ⁊ vt eterne vite ſapiētie in quo oīmoda nr̄a cōſiſtit ſapiā Ideo eccle. ſexto dicit. In omni ✠tute tua ꝯſerua vias eius ſcʒ ſapie: ⁊ inueſtiga illam ⁊ manifeſtabit tibi ⁊ cōtinēs factus ne derelinquas eam. In nouiſſimis enī inuenies requiem in ea ⁊ cōuertet tibi i oblectationem ⁊ erunt tibi cōpedes eius in ꝓtectionē fortitudinis ⁊ baſes ſeruitutis ⁊ torques illius i ſtolam glorie. ¶ Tertio religioſus cum chriſto a notis relinquitur quando permittit mortuos ſepelire ſuos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mortuos: ⁊ mundum ⁊ ornatum eius arbitratur cū apoſtolo vt ſtercora. Et nedum tales a mūdanis ſed etiam plerūq3 a bonis relinquūtur vtriuſq3 ſexus hominibus. Sicut xp̄o iam capto oēs eius diſcipuli fugerunt eo relicto. Et eodē in cruce īmolato dr̄ Mathei. xxij. Erant ibi mulieres multe a longe que ſecute fuerāt ieſum a galylea miniſtrantes ei. Per que datur intelligi vt aīequiores ſimus ſi mūdo renūciātes ſocietate p̄uemur notorum. Nō enī eſt ſeru⁹ maior dño ſuo nec diſciplus ſuper magiſtrū. Docet preterea ſeneca in de remedijs fortune: de perditione amicoꝝ non eſſe triſtandū qn̄ meliores reperiri pn̄t cum dicit. Amicū perdidi: ſed multum erubeſce ꝙ in tanta tempeſtate ad vnam anchorā ſtabas. Aliū quere. Etenī queras vbi inuenies. Quere inter liberales artes: inter recta ⁊ honeſta officia: quere in laboribus ad menſam res iſta nō queritur. Eſt aūt certū ꝙ in religione tales ydonei reperiūtur multi amici ita vt ibi illud xp̄i mathei decimo locū habeat. Amē dico vobis nemo qui reliquerit domum aut fratres aut ſorores ⁊ patrem ⁊ matrem aut filios aut agros propter me ⁊ propter euangelium: qui non accipiet centies tantum nūc in tempore hoc domos ⁊ fratres ⁊ ſorores ⁊ patres ⁊ matres et filios et agros cum perſecutionibus ⁊ in futuro ſeculo vitam eternam.

¶ Quarto religioſus accuſatur propter chriſtū nūc in capitulo ad prelatis aut a fratribus aut a ſeipſo pro negligentijs etiā minutis. prout religiōis mos eſt. Nunc a ſecularibus viris ꝙ religionem intrando ſtulte egerit. Modo a falſis fratribus iniuſte quo vicio nec chriſti ſcola caruit. Pro bonoruz itaq3 fratrum correctione cum pro negligentijs nos accuſāt purgamur illuminamur et perficimur. Peſtilentie enim flagellato: ſtultus ſapientior erit. Si aūt corri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pueris ſapientem intelliget diſciplinam prouerbioꝝ xix. Et ibidem. xxviij. Qui corripit hominem inueni-et gratiaꝫ poſtea apud eum magis ꝙ ille q̄ ꝑ lingue blandimenta decipit. Pro malorum vero detractione a deo btificamur xp̄o atteſtante Mathei quinto. Beati eſtis cum maledixerint vobis hoīes ⁊ perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me gaudete ⁊ exultate qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Pro falſorum inſuper fratrum accuſatione conſolari debem⁹ qꝛ in hoc conſortes fieri meremur abel primi electi. De quo btūs gregorius. Abel eſſe renuit quem cayn malicia nō exercēt Joſeph innocentiſſimo tūc aſſimilamur quē fratres ſui ad mortem perſecuti ſunt. Immo tūc veri imitatores efficimur xp̄i qui a ſuis contribulib⁹ mortis diſpendium falſo accuſatus ſubijt. ¶ Quinto religioſus a vanis ſepe irridetur hominibus. Quidā enim religioſos deſpiciunt propter paupertatis vſū. Alij eos contemnunt propter vilem habitum. Alij eos non curant quia magnorum beneficiorum ſicut ſeculares clerici non habentt titulum. Alij eos pediculoſos nominãt. Alij auram de ſeneritate in pluuiā eſſe commutandam cum in publicum incedunt deriſorie clamitant. Ita enim iuxta beati Job vaticinium in eis deridetur iuſti ſimplicitas. Super quo beatus Gregorius decimo moralium inquit. Animus quippe viri iuſti nonnunꝙ operi certo conſtanter innititur ⁊ inde humanis irriſionibus vrgetur. Mirāda agit ⁊ opprobria recipit. Quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Sed quod abhominantur egiptij hoc iſrahelite deo offerūt. Quia ſimplicitatem ⁊ manſuetudinem deo imolant: quā abhominantes reprobi fatuitatem putant. Hoc iuſti ſimplicitas breuiter et ſufficienter exprimi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur cum protinus ſubinfertur. Lampas contēta apd
cogitationes diuitum. Quid i hoc loco ſignatur no
mine diuitum niſi electio ſuperborum? Qui cum vi-
tam ſimplicium in hoc mundo humilem abiectamq
deſpiciunt elati protinus deſpectis illudunt ſeculum
vſq quo lampas iſta contēnitur. Nam cum lampas
contenta apud cogitationes diuitum diceretur proti
nus additur. Parata ad tempus ſtatutum. Statu-
tum quippe contente lampadis tempus eſt extremi
iudicij predeſtinatus dies quo iuſtus quiſq nō diſpi
citur ſed quanta poteſtate fulgeat demonſtratur.
¶ Sexto religioſus cum xpo flagella ſuſtinet aliquā
do diſciplinas virgarum recipiendo a prelato. Ali-
qñ etiam ſibimet talia inferens pro peccatis propiis
⁊ alienis. Hunc em̄ morem in religioſibus ſancti plu
rimum habuiſſe legūtur. Hinc beatus gallus abbas
in capſa de coreo cilicium ⁊ cathenā tinctā ſanguine
que eius corpus in quatuor partes ſulcauerat vita
functus habuiſſe repertus eſt. Et beatus dñic⁹ apud
ſe occultaſſe legitur cathenam ferreā qua i cuiuſlibꝫ
noctis ſilentio tres diſciplinas proprio intulit corpo
ri. Unam pro ſe aliam pro animabus in purgatorio
et tertiam pro viuis peccatoribus. Tales diſcipli-
nas apud religioſos conſuetas deuotus ⁊ litteratiſ-
ſimus hugo de ſancto victore propter teneritudinem
corporis in vita aliquotiens fugiſſe legitur: cum ge-
neraliter inferebantur conuentui: vnde poſt mortem
quando ſtatim anima eius ad celum aſcendere debu
it vix aliquod demoniorum quorum caterua magna
in via aſtitit euadere potuit: qui ei alapam non in-
fligeret. Diſciplinarum etiam modum iniunxiſſe et
commendaſſe frequenter in ſacra reperimus ſcriptu
ra. Unde ſalomon prouerbiorum. xvi. Flagellum
equo ⁊ chamus aſino ⁊ virga dorſo imprudentium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cuius pater in pſalmo penitentiali ait. Ego in flagella paratus ſum ⁊ dolor meus in conſpectu meo ſēper. Et iterum ad deum dicit. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: Stultitia enim colligata eſt in corde pueri ⁊ virga diſcipline fugabit eam. Prouerbiorum. xxij. Et ibidem. xxiij. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam ſi enim percuſſeris eum virga non morietur. Tu virga percutis eum et animã eius de inferno liberabis. Idem apoſtolus ſeruauit qui ait pˀme corinth. nono: Caſtigo corpus meum et in ſeruitutem redigo ne cum alijs predicauerim ipſe reprobus efficiar. Et ad Hebreos. xij. Quis filius quem nō corripit pater. Et ſi extra diſciplinam eſtis cuius participes facti eſtis. Omnes ergo adulteri ⁊ non filij. ¶ Septimo religioſus veſtibus induitur ad carnem laneis pro chriſto qui pannis vilibus in infancia tectˀ eſt ⁊ in paſſione aba veſte: deinde purpura ac demum proprijs indutus eſt vt ſermo refert euangelicus. Immo poſtremo aliena ſindone obuolutus ſepulture eſt traditus. Qꝛ autem veſtimenta virorum ſanctorum ⁊ chriſti fuerunt aſpera docet primum chriſti precurſoris amictus de quo Mathei. iij. dicitur. Ipſe Johannes habebat veſtimentum de pilis camelorum ⁊ zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Unde Hieronimus. De pilis enim habebat veſtimentum non de lana aliud auſtere veſtis iudicium eſt: aliud luxurie mollioris. Et ibidem chriſoſtomus Seruis dei non cōuenit habere veſtimentum ad ſpeciem viſionis vel ad carnis delectamentum ſed tantum ad tegumentum nuditatis. Sic de antiquis ſanctis prophetis. Hebreorum. xi. dicitur. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis egentes anguſtiati afflicti quibus dignus non erat mundus. De chriſti ſūt veſtibus dicit chriſoſtomuˀ ſup Johis. xix. Erat



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem tunica in conſutilis de ſuper contexta per to-
tum: ipſam ſpẽm tunice euãgeliſta hiſtorice deſignat
Quia enim in paleſtina duos pãnos conuertentes
ſubterunt indumẽta: oſtendit iohannes ꝙ totalꝰ erat
tunica ihesu occulte vilitatem veſtimentorum inſi-
nuans. ¶ Occauo religioſus etiã crucẽ portat peni-
tẽtie cũ Jhũ ꝛ symone qui interpretatur obediens.
Vñ ſup matth. xxvij. angariauerũt symonẽ vt tolleret
cruce eius dicit iheronimus. Egrediens de ꝑtorio
Jhũs ipſe portauit crucem ſuam: poſtea obuiũ hũe-
runt symonem cui portandam crucem i poſuerunt.
Miſtice em̃ crucẽ ſuſcipiunt nationes ꝛ peregrinus
obediens portat ignominiam ſaluatoris. Et beda ſu
per lucam. xxiij. dicit. De villa autem symonis egre-
diens portat crucem poſt Jhũm cum paganis ritibꝰ
derelictis viſtigia dñice paſſionis obedienter ãple-
ctitur. Et theophilus. Jlle tollit crucem ihesu xp̃i q̃
venit de villa. i. q̃ dimittit hũc mundum ꝛ opera eiꝰ.
Hoc iuſſit xp̃us ſuos antea quando luce nono ad om
nes inquit. Si quis vult venire poſt me abneget ſe-
metipſũ ꝛ tollat crucem ſuam quotidie ꝛ ſequit̃ me.
Et ibidem. xiiij. Qui non baiulat crucem ſuã ꝛ vẽit
poſt me non poteſt meus eſſe diſcipulus. De hac cru
ce dicit bernardus in exhortatorio de paſſione domi
ni. Graue iugum ſuper filios adam: ſi eẽm filius no-
ui adam leue iugum portarem: Quid eſt onus gra-
ue. Talentum plumbi Et quid eſt onus leue. Crux
chriſti. Mira res. Nichil formidoloſius homini ꝙ̃
crucem pati. Quia latrones ſunt. Nunqd xp̃us cru-
cem timuit: nunquid petrꝰ. nũqd andreas. Qui cru-
cem timet iþe ſibi teſtis eſt ꝙ adhuc latro eſt. ¶ No-
no cum rege noſtro religioſus expoliari debꝫ rebus
omnibus per paupertatem voluntariam. Unde am
broſius refert. Conſiderate qualis crucem aſcendit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nudum video. Talis ergo aſcendat qui ſcꝫ in vincere parat vt ſcl'i indumenta non querat. Victus eſt adā qui veſtimentum q̄ſiuit vicit ille qui tegumenta depoſuit. Et talis aſcendit quales nos auctore deo natura formauit. Talis in paradyſo hō primus habitauerat. Talis in paradyſum homo ſecūdus intrauit. Cum enim xp̄s crucem aſcendere voluit ante riſignauit pauperculis q̄bus vſus fuerat veſtimentis et in cruce omnia. Unde ambroſius in quodam ſermone. Actor pietatis in cruce pendens teſtamentum condidit ſingulis pietatis opera diſtribuens. Ap̄lis perſecutiōez. iudeis corpus. patri ſpm̄. ꝟgini panymphū latroni paradyſum peccatori infernum. xp̄ianis penitentibus crucem. ¶ Decimo debet crucifigi totalit vt anime ſenſualitas ⁊ corporei geſtꝰ crucis veſtigia oſtendant. Que tria tubꝫ ap̄ls et oſtendit galathas quinto. Qui ſunt chriſti carnem crucifixerunt cum vicijs ⁊ concupiſcentijs. Ecce ſenſualitatis crucifixio. Si viuimus ſpiritu ⁊ ſpiritu ambulemus. Ecce anime per vitam chriſti imitatio. Non efficiamur inanis glorie cupidi quod fieri conſueuit in exterioribus apparentijs. Ecce mortificatio geſtuum. Et ibidem. ij. Chriſto confixus ſum cruci viuo aūt iam non ego viuit vero in me chriſtus. Hec apoſtolus: ibidez ſexto ſeruaſſe ſe afferit. Michi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri iheſu chriſti per quem mihi mundus crucifixus eſt et ego mundo. Unde gloſa Monſtne cauſa vtrumqꝫ dixit ſcilicet ſibi mundum crucifixum ⁊ ſe mundo. Plerunqꝫ enim contingit vt homo mundum mente non teneat: ſꝫ tamen eum mundus in ſuis occupationibus aſtringit. Tūc mortuus eſt homo mundo. ⁊ mundus eum quaſi viuus concupiſcit: dum alio intentu in ſuis actibus rapere contendit. Sed nec paulus mundum concupiſcit nec mūdus eū



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt in duobus mortuis neuter neutruȝ videat. Quia igitur nec paulus mūdi gloriam querebat nec a mū di gloria querebat ipſe ideo ⁊ ſe mundo ⁊ſibi mundū eſſe crucifixum ait gloriatur. Proprie autē religioſus cum christo per obedientie votum cruci figitur. Unde philippeñ. ſecūdo. Christus factus eſt pro nobis obediens vſq ad mortem mortem autem crucis Anime enim manus dextra eſt poteſtas faciendi qđ placet. Siniſtra poteſtas dimittendi quod diſplicet. Pes dexter ſenſus proprius. Siniſter propria voluntas. que omnia configuntur clauis obedientie. Unde canticoꝝ ſeptimo anima dicit. Aſcendam in palmam ⁊ apprehendam fructus eius. Cōſtat autē crucē de palma fuiſſe factam pro parte. Taliter crucifixus vere dicere poterit cum apoſtolo. roma. ſexto. Sciens quia vetus homo noſter crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati vt vltra non ſeruiamus peccato. ¶ Undecimo religioſus cum christo perſeuerare debet in penitentie cruce per obedientie votū nec ad cuiuſcunq ſuaſum ab hoc reſilire propoſito. Naȝ ſic xpo in cruce ſuſpenſo demon per iudeos conſulebat vt deſcenderet de cruce. Deſcendat inquiunt de cruce ⁊ credimus ei. Ubi criſoſtom⁹. Conſidera nūc vocem filiorum dyaboli quomodo imitant vocē paternam. Dyabolus dicebat. Si filius dei es mitte te deorſum. Judei dicunt. Si filius dei es deſcende de cruce. Et rabanus ibidem. Si autem tunc de cruce deſcenderet inſulcantibus cedens virtuteȝ nobis pacientie non demonſtraret. Sed expectauit paululum ⁊ irriſionem ſuſtinuit: et qui de cruce ſurgere noluit de ſepulchro ſurrexit. Perſeuerantur ergo in cruce religionis per mendatorum clauos confixi manere debemus q̃ vt gregori⁹ dicit p̄mo moralium. Incaſſum bonum agitur ſi ante vite terminum deſeratur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quia fruſtra velociter currit: qui priuſq̄ ad metas venerit deficit. Et bernardus in quadam epiſtola. Abſq̄ perſeuerantia nec qui pugnat victoriā nec palmam victor cōſeqtur. Nutrix eſt ad meritum: mediatrix ad premium: ſoror pacientie: conſtancie filia: amica pacis: amiciciarum nodus: vnanimitatis vinculum: ſanctitatis propugnaculum. Tolle perſeuerranciam nec obſequium mercedem habet: nec beneficiū gratiam: nec laudem fortitudo. Sola eſt cui eternitas reddere vel potius que eternitati hominem reddit. dicente domino. Qui perſeuerauerit vſq̄ in finem hic ſaluus erit. ¶ Duodecimo ergo ī ſepulchro clauſtralis habitaculi cum chriſto ſepeliatur religioſus niſi euocatus a patre inde ſurgat interim in pace in idipſum dormiat et requieſcat ⁊ in pace ſit loc⁹ ei⁹. Unde beda ſuper illđ luce. xxiij. Et poſuit ioſeph iheſum in monumento. Poſt mortem quidē corpora in tumulis anime vero cum domino requieſcunt Uſq̄ nunc etiam mulieres ſancte et anime humiles dilectione feruentes paſſioni chriſti diligenter obſequuntur: ⁊ ſi forte valeant imitari ſedula curioſitate quo ordine ſit eadem paſſio completa perpendunt. Que lecta audita recordata mox ad paranda ſe opera virtutum quibus chriſtus delectatur conuertunt vt finita pn̄tis vite paraſceue in requie beata expectent tempore reſurrectionis occurrere chriſto cum aromatibus ſpiritualium actionum. Ad baptiſatos igitur religioſos baptiſmo ſacre religionis dirigi poſſunt verba iſta pauli romanos. vi. An ignoratis fratres quia quicūq̄ baptiſati ſumus. ⁊c. Conſepulti enim ſumus cum chriſto per baptiſmum in mortē vt quomodo reſurrexit chriſtus a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Nonum capitulum manifeſtat ſextum fructū qui eſt plena remiſſio pcti ꝛ a purgatorio pro tunc abſolutio ſi ita decederet. Et oſtēditur quomodo religioſus moritur mundo.

Sextus fructus religionis eſt plena peccati remiſſio: abſolutio videlicet ab omni pena pctis debita: ſi preit vera contritio ꝛ quodāmodo baptiſmalis innocentie reſtitutio. Patet hoc auctoritate ꝛ rōnibus. Auctoritate qꝛ in vitis patrū legit ꝛ allegat ſctūs Thomas. 2 2. q. clxxxix. ar. iij. ꝙ eādē grām cōſequūtur religionē ingredientes quā cōſequūtur baptiſati. Unde ꝛ idem allegat in quarto diſtinc. quarta. q. ij. arti. vltimo. In vitis patrum dr ꝙ quidā patrū vidit eandē gratiā deſcēdentē ſuper eum qui habitū religionis aſſumit ꝛ ſup eū qui baptiſatur. Gra aūt dei in baptiſmo nō reqrit gemitum ꝛ planctū ſꝫ gratis omnia cōdonat ſcðm ambroſium. Idem patꝫ per aliam viſionem bti anthonij qui cum ab angelis leuaretur in celum obſiſtit dyabolus obijciens pctā ſcli. Cui dictum eſt ab angelo. Dimiſſa ſunt ei ex quo ſeculum dimiſit ſed ſi alia habet proponas. Que cū non haberet anthonius liber in celum leuatur ꝛ liberius deponitur. Idem pꝫ in autentica de monachis: vbi dicit ꝙ ingreſſus monaſterij omnē maculam abſtergit. Nam collatione ṗma ſic habent verba iuſtiniani imperatoris. Conuerſationis monachalis vita ſic eſt honeſta ſic commēdare nouit deo ad hanc venientem hominem vt oēm humanam quidem eiꝰ maculam detergat purū autem declaret ac rōnabili natura decētē ꝛ plurima ſꝫm mētē opantē ꝛ humanis cogitatiōibꝰ celſiorē. Bernardꝰ i libro ſuo de ꝑcepto ꝛ diſpēſatiōe cap̄. 4. Quō audire ꝛ hoc vultis a me. Uñ inter cetera pnie inſtituta monaſterialis deſcipli

na meruit hāc ꝓrogatiuā vt ſc̄m baptiſma nūcupetur
Solūmõ arbitror ob ꝑfectā mūdi abrenūciationē ac
ſingularē excellētiam vite ſpūalis qua p̄eminēs vni
uerſis vite hūane gn̄ibꝰ hmōi ꝯuerſatio ꝓfeſſores ⁊
amatores ſuos angelis ſil'ſ hoībus diſſimiles facit
Jmmo diuinam in hoīe reformat ymaginē cōfigurās
nos xp̄o inſtar baptiſmi: ⁊ quaſi ſcd̄o baptiſamur dū
per id qđ mortificamus membra noſtra que ſūt ſuper
terram rurſus xp̄m induimus cōplantati denuo ſimi
litudini mortis eius. Sed ⁊ quō eruimur i baptiſmo
de ptāte tenebraꝝ ⁊ in regnū transferimur claritatis
eterne. Jta ⁊ ſcd̄i huiꝰ ſcd̄a quadā regeneratione pro
poſiti de tenebris eque nō vniꝰ originalis ſed multoꝝ
actualiū criminū ⁊ delictoꝝ euadimꝰ ⁊ lumen v̄tutū
acquirimus receptantes nobis illud ap̄li. Nox pre-
ceſſit dies autem appropinquauit. ⁊c. Hec Bernar-
dus. Ad idem eſt ſctūs thomas in quarto vbi ſupra
ita dicens ꝙ religionis habitū aſſumēs eo ip̄o ꝙ ſuā
volūtatem in ſeruitutē redigit propter deum plena-
rie iam pro omni pctō ſatiſfecit quā cariorē habet oī
bus rebus mūdi: de qbus tm̄ poſſit dare ꝙ elemoſi-
nis oīa pctā redimeret etiā q̄tum ad penā. Et in ſū-
ma vbi ſupra arti. 3. ad. 3. ar. idē ſic exp̄mit. Rōnablr
dici pt ꝙ etiā p ingreſſū religiōis aliqs ꝯſequat re-
miſſionē oīz pctoꝝ. Si ei aliqbꝰ elemoſinis factis hō
pt ſtati ſatiſfacere de pctis ſuis ſcd̄m illō danielis. iiij.
Pctā tua elemoſinis redime multomagis p omni-
bus pctis ſatiſfacit ꝙ aliqs ſe totalr diuinis obſequijs
mācipat p religionis ingreſſū qđ excedit oē genꝰ ſa-
tiſfactionis etiā publice pnie vt habet in decretis. 33
cā qōne q̄nta caplo. Ad q̄ mouere. Sic etiā holocau-
ſtū excedit ſacrificiū: vt grego. dicit ſup ezechielē. Cū
dictis cōcordat bernardꝰ claremōteñ. quodlibeto. 8.
q. xvij. p ſeptē rōnes ꝓbās ꝓpoſitū ſit. Religioſꝰ indi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex hoc ipſo ꝙ profitetur et obligat ſe ad opera peni=
tentie in ſuo eterno quia vſqꝫ ad mortem. conſequun
tur remiſſionem omnis pene. Probat primo ſicut ſā
ctus thomas quia tantum poſſit homo dare de tpali
bi. pro elemoſyna ꝙ omnia ſua peccata redimeret a
pena. Dicitur eniꝫ danielis quarto. Elemoſinis pec
cata tua redime. Sed religioſus voluntatem ſuam
dat in ſeruitutem homini propter deū quā tñ cariorez
habꝫ ⁊ hr̄e debet ꝙ oēs res mundi. Ergo per hoc ꝙ
voluntatē ſuam ſic abnegat ⁊ hōi ſubijcit propter deū
plus redimit pctā ſua apud deū ꝙſi oīa bona tpalia
daret propter deū. ¶ Scdo ꝙtūcūqꝫ ſit homo pecca=
tor magnus cū penitentia tñ pōt tantam penā i mū=
do ſuſtinere ꝙ dimittitur ei pena tota ad quā eſt obliga
tus. Sed religioſus in profeſſione obligat ſe ad ma=
gnāꝫ ⁊ perfectā ſatiſfactionē quia ad opera penalia
ſecundū oēs partes ſatiſfactionis. Quia ad orōnem
ieiuniū ⁊ elemoſinam. Nam in ipſo ingreſſu religio
nis nō ſolū dimittit ptē tēporaliū ſꝫ totum quia āplius
ei non licet hr̄e proprium. Ergo religioſus in pfeſ=
ſione conſequitur remiſſionem pene ad quam obli=
gatus eſt. ¶ Tercio ſuſtinere mortem facit plenā re=
miſſionē pene qꝛ martires ſtatim euolāt. Hoc auteꝫ
non facit acerbitas pene qꝛ aliq̄ martires non ſenſe=
rūt acerbitatem. imnocū ābulabāt ſup prunas vide
bātur eis prime roſei contactus vt beatus tiburci=
us ait de ſe. Ergo cum hoc non ſit propter acerbita=
tem pene eſt propter hoc ꝙ vitam munda nam ꝯtem
nit et amittit propter amorem diuinum. Sed hoc fa
cit religioſus qui licet vitam naturalem retineat. vi
tam tamen mundanā propter deū dimittit. ⁊ ad mar
tirium perpetuum vſqꝫ ad mortem ſe obligat. Quia
ad opera penalia ſecundum inſtituta ſue religionis
in qua ſic moritur ⁊ in qua ſic ad perpetuū martirium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

obligatur dimittitur et tota pena ad quam obligatus eſt. ¶ Quarto nullus dubitat quin hõ poſſit tãtam ſuſtinere penam ad quam eſt obligatus ſuppoſita penitentia ꝛ interiori deuotione ſed inter oẽs penas maxima reputatur ſeruitus quam etiam iuriſte mortem appellant. In religione autem maxima ſeruitus eſt ꝙtum ad omnia opera ſeruilia immo ꝙtuꝫ etiam ad exteriora quia tenetur obligatus in oib⁹ ꝙ prelatus precipiet ſecundum ſue religionis inſtituta que etiam corporaliter operatur non ſui gratia ſed communitatis vel ſicut prelatus diſpoſuerit. Ergo voluntarie ſe tante ſeruituti ſubijcere facit plenam remiſſionem pene. ¶ Quinto conuerſioni ad creaturam ꝛ delectationi correſpondet pena damni. Sꝫ tãta poſſet eſſe diſplicẽtia habitualis in voluntate ꝙ remittatur tota pena etiã ſine exteriori pena aliqua. Non autem videtur ꝙ aliquis poſſit ſic habere maiorem diſplicentiam habitualem in voluntate ꝙ propriam voluntatem dimittere propter deũ. Quia hoc eſt abnegare ſeip̄m et dimittere ei⁹ cõplacentias voluntatis quas hõ poſſit habere ſi ſue volũtatis exiſtens remaneret. Dimittit aũt eas religioſus cũ ponit voluntatem ſuam in voluntate alterius qui frequenter iubebit quod placeret religioſis dimitteret ꝛ quod diſplicent facere. Quia profeſſio religionis de ſui natura habet. vt cum voluerit dormire iniungatur vigilia. cuꝫ voluerit comedere iperãt ſtatuta aut p̄latus ieiunare. ꝛc. Ergo de ſui natura habet: ꝙ quicunqꝫ eam rite profitetur plenam remiſſionẽ culpe conſequatur. ¶ Sexto ſcd̄m iuriſtas quãtũcũqꝫ ſit quis debitis obligatus ſi cedit bonis non compellit ſoluere niſi ad pinguiorem fortunam pertingat. Sꝫ religioſus cedit bonis omnibus temporalibus qñ ꝓfitetur religionem immo etiã qđ plus eſt ꝓpo corpi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod ponit in voluͣtate ꝑlati qn̄ iā eſt ꝓfeſſus illi⁹ religionis in qua iā eſt ꝓfeſſ⁹ immo qđ maximū eſt ꝓꝑcedit voluͣtati. Nec ad pinguiorem fortunā ſiue virtutē pt̄ puenire: q2 vſqȝ ad mortē durat ceſſio iſta. ꝙ de⁹ q̄ eſt miſericordior q̄cūqȝ alio iudice. ꝑꝑ quē religioſ⁹ iſtā ceſſionē facit dȝ ei debitū pene dimittere. ¶ Septiō obligatio ꝑpetua ad religionē eſt ꝑpetua obligatio ad penitētiā. Vn̄ penia religiōis vr̄ ꝑfecta eē q2 voluͣtaria ⁊ q2 ꝑſeuerās vſqȝ ad mortē. Vn̄ cū hō talem pniam vult facē ꝑꝑ deū baptiſat baptiſmo penitētie qđ reducit ad baptiſma flamis q2 a ſpū ſctō eſt totuȝ tp̄s vite ſue ad faciēdā penitentiam eligere. Et licet non quilibet baptiſmus pnie mereat plenā remiſſionē pene iſte tn̄ baptiſmus pnie quo hō ſic obligat ſe ad penitentiam in ſuo eterno meretur remiſſionē plenam pene vnde liberatur a futura miſeria qui ad tantam penaȝ ſe obligat in preſēti. Ex quibus infert idē doctor ꝙꝗ̄tum ad executionem plene remiſſionis negocium crucis non prefertur religioni. Nec ſolū putandum eſt meritum paſſionis chriſti valere in negocio crucis immo valet in omni penali opere quod ꝓpter amorem chriſti ſuſtinetur. Immo ⁊ in omni opere meritorio: quia paſſio ſuam virtutem ſatiſfaciendi et merendi omnibus ſatiſfactiōibus ⁊ meritis dedit. Unde religioſus habet illam indulgentiam non ſolum ex merito proprio. ſed etiam ex merito chriſti Hec de claremontenſi. Concordat cum his petr⁹ de palude in quarto diſtinct. xxxviij. licet prius in eodē ſcripto ſupra diſtin. quarta queſtio. iiij. inueſtigando materiam aliquam diſtructionem dederit. Sed i diſtictio. xxxviij. ſimpliciter dicit ꝙ ingreſſus religionis coram deo ab omni pena liberat.

¶ Decimū capl̄ȝ deducit ſeptiuȝ fructū q̄ ē ph̄ie ſupme ꝓfeſſio ⁊ oñdit qđ ſit vera ph̄ia q2 religio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SEptimus fructus religionis reformate ⁊ philoſophie ſupreme profeſſio. Dicitur enim philoſophia vt eandem ſtudentibus eſt notiſſimum. a philon grece quod eſt amor latine ⁊ ſophos quod eſt ſapientia q̃ſi amor ſpnie p̃t.n. ſapnia vera ſine ſcia hri artium liberalium teſte ſeneca epl̃a.lxxxvi. dicente. Temperãtia ſcit optimum eſſe modum cupitorum non quantum velis. ſed quantum debeat ſumere. poteſt ſine liberalibus ſtudijs veniri ad ſapientiam quantũcũq; partem rerum humanarum diuinarum q; comprendens ingenti copia querendarum fatigaberis. Hec tam multa tam magna vt haberi poſſint hoſpicium ſuperuacua ex animo tollenda ſunt. Laxum ſpacium res magna vt haberi poſſit liberum hoſpicium deſiderat. Et plus ſcire velle q̃ ſatis eſt intemperantie genus eſt. Quidquid iſta liberalium artium concertatio moleſtos verboſos intempeſtiuos facit et non ideo dicentes neceſſaria quia ſuperuacua didicerũt Quattuor milia librorum didimus grecus ſcripſit. Miſer eſſet ſi tam multa ſuperuacua etiam ſcripſiſſ; Et boecius de conſolatione philoſophie loquens de ſecularium philoſophia dicit. Studia philoſophoꝝ in fructuoſis affectuum ſpinis: vberem fructibus rationis ſegetem necant: hominũ q; mentes aſſuefaciunt. a morbo non liberãt. que dolores eius nullis fouent remedijs: ſed dulcibus inſuper alunt venenis ſyrenes vſq; ad exitium dulces. Poſuerunt ergo tã gẽtiles philoſophi q̃ noſtri theologi verã phĩam ↄſiſtere in diligendo deum in acquiſitione virtutum et in meditatione iminẽtis mortis. Et de tali phĩa vere hab; illud dictum ſenece epiſtola.xiiij. locum i obſeſſonia pauperi pax eſt. Nunq̃ intãtũ ↄualeſcit neq; cia nunq̃ ſic ↄ virtutes ↄturbabit vt nõ phĩe nomẽ

venerabile ⁊ sacrum maneat. Sapiētia igitur supre-
ma est dei filius eo teste qui eandem in celum raptus
studuit. Nos inquit predicam⁹ xp̄m dei virtutē ⁊ dei
sapientiam. Hanc amare ⁊ eius amori insistere supre
ma est sapientia ⁊ ad hoc religio principalissime oīs
ordinata est tanꝗ̄ ad potissimum finem vt patuit tra
ctatu secūdo ⁊ tertio. Asserit hoc augustinus ita in
epistola ad volusianum prope finem. Diliges ait dn̄z
deum tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex
tota mente tua ⁊ ex omnibus viribus tuis: et pro-
ximum tuum sicut teipsum. Hic phisica qm̄ omnes
oīm naturarum cause in deo creatore sunt. Hic ethi-
ca qm̄ vita bona ⁊ honesta nō aliūde formaꝝ ꝙ cum
ea que diligenda sūt queadmodum diligenda sūt di
ligētur hoc est de⁹ ⁊ proxim⁹. Hic logica qm̄ veritas
lumenꝗ aīe rōnabilis nō nisi deus est. Hic etiam lau
dabilis rei publice salus. Que disputationes ꝙ litte-
re quorūlibet phōꝝ que leges quarūlibet ciuitatum
duobus p̄ceptis ex quibus xp̄us dicit totam legem
ꝓphetasꝗ pendere vllomodo sunt comparāde? Non
magnopere igitur est curandū de inanis phīe verbis
hijs qui ad veram vocati sūt sapiam. Unde ambrosi-
us in ep̄la ad collocē. Ideo inquit non legim⁹ quadri
uiū in euāgelio vel in ep̄la qꝛ curā aīe impedit cum ī
agnitione xp̄i oēm salutem ⁊ sapientiam habeam⁹.
His ꝯcordāt phōꝝ gētilium dicta. Unde hermes ter
megistus alias mercurius dictus libro ad asclepia-
dem sic inquit. Deus te nobis o asclepi vt diuino ser
moni interesses adduxit quē si intelligēs videris oīm
bonoꝝ tota mēte plenissimus si tn̄ multa sūt bona et
nō vnum in quo oīa alterū em̄ alterius cōsentaneum
dinoscitur esse. Phīa sola est in cognoscenda diuinita
te frequens obtut⁹ꝗ sācta religio. Simplici em̄ men
te diuinitatem colere eius ꝗ sācta venerari agere

etiã dei volũtati gratias que eſt ſola bonitas pleniſſima hic eſt nullius animi importuna curioſitate violata phia. Et poſt pauca. Hee ſũt eñ ſũme intenſiões dei cum grẽ agũtur a mortalibus hoim adorationibus ⁊ laudibus ⁊ obſequijs celũ celeſteſq delectãtur Hinc tullius de natura deoꝝ. Religio eſt per quã reuerenti famulatu cerimonie diuini cultus exercent Luce vero clarius eſt in omni regulata religiõe creberrimũ deũ eſſe colere ei grãs agere adorare et ſue agnitioni inſiſtere. Qꝛ etiam in ꝟtutum acquiſitione vera phia cõſiſtat affirmat hieronimus in libro primo cõtra pelagianos. Hec eſt inquit vera ſapientia impfectum ſe eſſe noſce atq vt ita loquar cunctorum ĩ carne iuſtoꝝ imperfecta perfectio eſt. Qui habet vnã ꝟtutem habet oẽs participatione quidẽ nõ propetate. Neceſſe eſt eñ vt ſinguli in quibuſdã excellant. Et auguſtin⁹ in libro ꝺ libero arbitrio. Non aliam putes eſſe ſapientiam niſi ꝟtutem in qua cernitur ⁊ tenetur ſummũ bonum. Nullo loco eſt nuſq̃ deeſt foris ãmonet intus docet cernenentes in ſe oẽs in melius cõmutat a nullo in deterius cõmutatur nullus de illa iudicat. Eſt autem vt tota theologorum turma tradit religio ſtatus perfectionis ſeu virtutis acquirende non aũt eſt ſtatus perfectionis exercende. Unde ipſe religioſorum habitus ideo a ſecularibus veſtibus debet eſſe diſtinctus quatenus religionem ipſam profeſſio pedagogus phiam diſcendi ⁊ tuendi exiſtat. Tradit illud beatus baſilius ſic in ſua regula velut inquam quidam pedagogus eſt infirmus habitus ipſe religionis vt etiã inuitos eos ab opere inhoneſto indecentiq cuſtodiat. Non eñ ſimiliter turpe eſt in quolꝫ alio ſi inhoneſte quid agat ſicut in his q̃ vitã ſobriã etiã ipſo habitu profitentur. Preterea tertio ſi phõꝝ dictis credere placet phiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reperimus eos poſuiſſe in meditatione mortis. Un-
de plato in ſuis ſentētijs ait. Mors philoſophātibꝰ
appetenda eſt. Ipſaqꝫ phīa eſt meditatio moriendi.
Totius phie robur eſt patientia. Teſtatur idē btūs
Hieronimꝰ in epła ad ꝑncipiā ꝟginem de vita ⁊ obi-
tu ſctē marcelle in cuius preconiū dicit. Hec annis
plurimis ſuā tranſegit etatē vt ante ſe vetulā cerne-
ret ꝙ adoleſcētulam fuiſſe meminiſſet laudans illud
platonicū. Phīa eſt meditatio mortis. Tota aūt re-
ligioſoꝝ vita ꝑparatio qdā eſſe debet moriendi.

¶ Undecimū capl'm oſ̄dit octauū fructū q̄ ē ſpūs ad
deū facilioꝛ erectio a mūdo vano q̄ aſſimilatur viſco
egypto puteo fetenti ⁊ obſeſſe ciuitati

OCtauus fructus eſt ſpūs ad deū facilioꝛ
erectio. Eſt eīn vt caſſianus dicit in colla
tionibꝰ pꝛm aīa pluuie ſīlis leuiſſime q̄ ſi
terreno grauatur puluere ad yma mer-
gitur. Si vero abſoluta fuerit ab alieno
onere ſue relicta conditioni ſurſum tendit naturalit
Cum autem quis religionem reformatam ingredi-
tur, tria a ſe grauiſſima abijcit pondera per tria vo-
ta principalia diuitias ſcilicet delicias ⁊ voluntatis
peruerſe concupiſcentias: quibus mundus plenus
exiſtens omnes pene ſuos incolas ad baratrum ſolet
mergere. Sunt etiam hec tria mouentibns in ſeculo
viſco aucupum infernalium ſimilia: quo canoras al
tiuolas ⁊ liberrimas animarum auiculas capiunt
cum eis inſident. Ecōtra vero in religione iuxta ver
bum dauiticū eſt mons ſelmon: qđ interpretatur vir
tutis obūbraculum eſt mons dei mons pinguis mōs
in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo. Ubi ſiūt
pēne colūbe deargentate et poſterioꝛa doꝛſi eius in
palloꝛe auri dum diſcernit ibi celeſtes reges ſup eā.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hinc eſt ꝙ ſacrarum expoſitores ſcripturarum: mundum qui ſpiritum ad inferiora dirigit tribus aſſimilant terre egyptie fluuio fetenti ⁊ obeſſe ciuitati. Egyptus enim per pharaonis tyrānidem iſraelitas captiuos detinuit. Fetens fluuius ſe portantes inficit. Obſidiū vero ciuitatis libertatem ciuium impedit. Ediuerſo autem religio parificatur deſerto fructifero clauſtro pulcherrimo ⁊ habitaculo philoſophico. ¶ Primū deducit beatus Auguſtinus libro de tribus locis. Tria inquit ſunt loca egyptus deſertum ⁊ terra promiſſionis. In egypto ſum⁹ ſerui ⁊ miſeri. In deſerto ſumus liberi ⁊ miſeri. In terra promiſſionis liberi ⁊ beati. In egipto ſaturamur ⁊ cedimur. In deſerto eſurimus nō tñ flagellamur. In terra promiſſionis non flagellamur ⁊ ſaturamur. Sed nobilis interim animus eligit magis inopiam cum libertate ꝙ in ſeruitute habundantiam. In egypto peccamus in deſerto laboramus in terra promiſſionis requieſcimus. In principio mundi creauit deus primo confuſionem: poſtea operatus eſt diſpoſitionē deinde ſuſcepit requietionem. In vita ſeculari confuſio eſt in conuerſatione ſpirituali exercitatio in vita celeſti requietio. Sicut ⁊ populus antiquus in egypto operatus eſt inquietatem in deſerto accepit exercitationem in terra promiſſionis inuenit requiē In carne peccatum in ſpiritu exercitationem in deo ſabbatum. Egyptus hierico deſertum ſtabulo terra promiſſionis hierl'm. In egypto ſeruiuimus pharaoni .i. dyabolo qui interpretatur negans eum ſcʒ deū quia dixit. Deum non cognoui ⁊ iſrael non dimittā. Hinc ſeruimus in egypto in luto ⁊ palea. Lutum eſt concupiſcentia carnis palea eſt pompa ſecularis. Illa per immundiciā inquinat hec per mutabilitatem ⁊ inſtabilitatem tranſuolat. Propterea exūtes



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ab egypto ⁊ per mare rubrum baptiſmi: ſanguie xp̄i rubricatum ad libertatem tranſituri abdicamus ſeruicium pharaonis abrenūciantes dyabolo et operibus eius. In luto operibus in palea pompis. Exeūtes itaq̃ ab egypto in deſertum relinquimus mala vt non conſentiamus. Exeuntes a deſerto in terram promiſſionis euadimus mala: vt non ſentiamus. In egypto eſt pugna ſine victoria vel ſeruitus ſine pugna. In deſerto eſt pugna ſine victoria cum pugna In terra promiſſionis eſt ſine pugna victoria. In egypto ſunt delectationes male multe. In deſerto ſūt delectationes bone ⁊ pauce. In terra promiſſionis ſūt delectationes multe bone ⁊ ſole. Hec auguſtinꝰ. Apte itaq̃ religionis ingreſſus deſerto comparatur ſecundum illud phalmiſte. Elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudine. Expectabam eum qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpūs ⁊ tempeſtate. Deſerto inq̃ cōparatur quia in paucis inhabitatur quia ibi flores ſcientiarum bonorum facilius reperiuntur. Quia ibi radices ꝟtutum efficatiores acquiruntur. Quia ibi fructus ſpiritualium cōſolationum amplius percipiuntur. Et quia ibi deo quietius a ſecularium tumultu deſeruitur. Unde xp̄us ait diſcipulis Mathei ſexto. Venite ſeorſum in deſertum ⁊ quieſcite puſillū Erant enim qui veniebant ⁊ redibant multi.

¶ Secundo mundus fluuio fetenti: ſed religio clauſtro aſſimilatur pulcherrimo. Docet hoc beatus anſelmus libro de ſimilitudinibus viſiones ſancti patris adam recitando. Vidit inquam vt aſſerere ſolebat adam in infirmitate poſitus ⁊ in extaſi fluuium vnum rapidum in quem fluebant omnium fluxuum purgature ⁊ quarumcunq̃ terreſtrium rerum lauature. Videbatur itaq̃ aqua ipſa nimis turbida omni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

um immundiciarum ſpurcitia turpiſſima. Rapiebat in ſe quicquid attingere poterat ⁊ deuoluebat tam viros ꝙ mulieres diuites ⁊ inopes. Feda quidem erat aqua ⁊ tamen ex ea viuebant ⁊ delectabantur vt ille aſſerebat qui eam ducebat. Predux itaqꝫ patris noſtri interrogatus ait torrentem mundum ſignificare ꝗ rapiuntur qui illecebroſis ſpurcicijs inuoluntur. Predux ſubiunxit. Vis ne videre quid ſit monachatus? At ille. Volo duxit itaqꝫ eum quaſi in conſpectu cuiuſdam magni ⁊ ampli clauſtri admodum ſpecioſi et ait. Circunſpice. Aſpexit ille. Et ecce parietes clauſtri illius obducti erant argento puriſſimo. Herba in medio virens erat et ipſa argentea mollis quidem et redolens et vltra humanam opinionem delectabilis Hec more alterius herbe ſuper his que in ea pauſabant leuiter flectebatur: et ſurgentibus illis ipſa quoqꝫ erigebatur. Et quid immoror. Quicquid eſt iocunditatis ibi erat. Cum autem perpetue ibi habitare elegiſſet adam ille euigilauit demonſtrationemqꝫ amiſit. Hec ibi.

¶ Tertio proinde mundus obſeſſe ſimilatur ciuitati et religio habitaculo philoſophico vt deducit beatus Hieronimus in libro contra Iouinianum hereticum monachatum parificantem ſecularium ſtatui per quinqꝫ ſenſus dicit Hieronimus ibi quaſi per quaſdam feneſtras viciorum ad animam introitus eſt. Non poteſt autem metropolis capi niſi per portas eius irruerit hoſtilis exercitus horum perturbationibus anima pregrauatur ⁊ capitur aſpectu auditu odoratu ſapore ⁊ tactu. Si circenſibus quiſpiā delectetur ſi ſplendore gēmarum veſtiū metalloꝝ ⁊ ceteris hm̄oi periculoꝝ per feneſtras anime capta libertas eſt impletur illð ꝓpheticū mors introiuit per



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fenestras vestras: rursus auditus variorum organo rum cantum et vocum flexionibus delinitus et car- mine poetarum et comediarum mimorumqꝫ vrbani tatibus et strochis et quidquid per aures introiens virilitatem mentis effeminat odoris autem suauis et diuersa thimiamata et amomum ciphi et peregri ni muris pellicula ꝙ dissolutis et amatoribus conue niat nēo nisi dissolutꝰ negat. Porro ciborū auiditas ꝙ auaricie mater sit. et animum quasi quibusdam cō pedibus degrauatum in terra teneat quis ignorat propter breuem gule voluptatem terre lustrantur et maria. Tactus autem alienorum corporum ⁊ femi- narum ardentior appetitus vicinus insanie est. Igi- tur cum per has portas quasi quidam perturbatio- num cunei ad arcem nostre mentis intrauerunt vbi erit libertas: vbi fortitudo eius: vbi de deo cogitatio Maxime cum tactus depingat sibi etiam preteritas voluptates et recordatione viciorum cogat animaꝫ compati et quodammodo exercere quod non agit.

His igitur rationibus inuitati multi philosophorꝫ reliquerunt frequentias vrbium ⁊ ortulos suburba nos vbi ager irriguus et orbarū come ⁊ susurrū aui um fontis speculum riuus immurmurans et multe occuiorum auriumqꝫ illecebre ne per luxum ⁊ habū dantiam copiarum anime fortitudo mollesceret et eius pudicitia constupraretur. Inutile quippe est cre bro videre per que aliqñ captus sis ⁊ eorū te experim- to cōmittere qbꝰ difficulꝭ cares Nam et pitagorici huiuscemōi frequentiam declinantes in soltudine et desertis locis habitare cōsueuerūt Platonici quoqꝫ ⁊ Stoici in tēplorū lucis et porticibꝰ ꝟsabātur vt ad- moniti austerioris habitaculi sctītate nichil aliud ꝙ de ꝟtutibꝰ cogitarent. Sꝫ et ipse plato cū eēt diues ⁊ ꝯsors eiꝰ dyogenes lucatis pedibꝰ ꝯculcarꝫ vt possꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vacare phie. elegit achademiam villam ab vrbe ꝓcul non ſolum deſertum ſed et peſtilentem vt cura ⁊ aſſiduitate morborum libidinis impetus frangerantur. ¶ Diſcipuliqȝ ſui non aliam ſentirent voluptatem niſi earum rerum quas diſcerent. Hec iheronimus eum igitur monaſterium bene regulatum locus ſit ꝑpropter plura longe aptior pro erectione animi ⁊ ſpiritus ad diuina q̃ fuerint loca ⁊ ſcole gẽtilium patet ꝙ religionis fructus eſt ſpiritus ad deum facilior eleuatio.

¶ Duodecimum capitulum oſtendit nonum fructū qui eſt in dubijs tutior ambulatio vbi traditur quomodo in dubijs obediri debet ⁊ ꝙ ingreſſus religionis libro vite aſcribit.

Nonus preterea religionisfructus eſt in dubijs tutior ambulatio ita vt religioſꝰ quando dubium eſt quid in moralibus ſit agendum vel dimittendum tutius in multis caſibus ambulat q̃ ſecularis valeat ambulare. ¶ Quod patet ex via triplici ſcilicet ex iniunctione humili a prelato ſuſcepta obediẽtia ex probabili ſue ſaluationis preſciẽtia: ⁊ ex virtuoſorum exemplorum continua refulgentia. ¶ Primo in q̃ patet ex humili iniunctiõe a prelato ſuſcepta obedientia. Sunt enim quedam adeo bona que communiter ſcire debẽt omnis talia eſſe licita. Alia ſunt taꝫ mala vt communiter agnoſci valeant eſſe peccata. Alia vero tenẽt mediũ locũ de qbꝰ põt eẽ dubiũ an ſint licita vl' nõ: ⁊ cũ talia a ꝑlato iubẽt ex obediẽtia ſine oi pctõ ſeruari pñt: iuxta modũ quẽ bernardus declarat in ſermone cuiꝰ ꝑncipiũ. Nõ poſſumꝰ: q̃ ſit obediẽtia ſpũalis: vt inqt via obediẽtie eluceſcat: oñdamꝰ q̃tũ poſſumꝰ q̃ ſit obediẽtia ſpũal' ad deũ ꝓpa ad hoiem: cõis int' deũ ⁊ hoiem. Sũt qdã ſũme mala



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quedam ſumme bona. Summe bona ſūt diligere de um: amare proximum: veritatem loqui: non furtum facere: et alia multa que ſermonis breuitas numerare prohibet. Summe mala cōtraria ſimilia illis. Bona precepti deus vt faciamus: a malis iubet vt abſtineamus. Precepti huius ſancta ⁊ incommutabilis auctoritas non valet quoquomodo refelli. quia illius eſt caractere conſignita qui dicit ergo domin⁹ ⁊ non mutor. Si homo prelatus contraria precipit. obtemperare magis oportet deo ꝙ homini prelato. Hec ſpiritualis obedientia ad deum nequaꝙ eſt hominis arbitrio temperanda. Certam igitur regulaꝫ tene: vt nec imperio prelatorum predicta bona relinquas vel facias mala. Inter ſumme vero bona ⁊ ſūme mala: quedam media ſunt ad alterum ſe habētia boni maliꝙ nomen aſſumunt. Media ſunt ambulare ſedere tacere loqui ieiunare vigilare dormire ⁊ ſi qua ſunt ſimilia. Que paſtoris licentia ſi fiant ſūmā expectant retributionem. In his igitur mediis ſubditi ⁊ obedientes eſſe debemus ad nutum prepoſitorum nichil interrogantes propter conſcientiam. Quia in his nullum prefixum opus ſed prelatorum dereliquit imperio diſponenda. Non autem te moueat magiſter imperitus idiſcreta poteſtas: ſed memēto qꝛ non eſt poteſtas niſi a deo ⁊ ꝗ reſiſtit ptāti dei ordinationi reſiſtit. Hec eſt propria hominis obediētia quam homini debemus quia homini ſubditi ſumus. Cōmunis eſt inter deuꝫ ⁊ hoīeꝫ qꝛ obediētie ꝗd quid ꝑlatis exhibet. Deo exhibetur qui dixit. Qui vos audit me audit. Cuꝫ magna igitur cautela hoc tramite dicimus incedendū quia ⁊ multi grad⁹ obedientie ibidē delitefcunt. Quorū ꝗ vnum dereliqͥrit ceteros vero ſine retributiōe tenebit. Primus eſt obedire libenter. Scōus obtēpare ſimplr. Terti⁹ hyla-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rſter obedire. Quartus velociter obſecundare. Quitus viriliter adimplere. Sextus humiliter obedire. Septimus indeſinenter obtemperare. Hec bernard⁹
¶ Secundo patet propoſitum ex probabili ſue ſaluationis preſcientia. Cum enim homo omnibus pro deo relictis ſe totum perpetue diuino tradit obſeqo vocationem ſuam ſatis certam facit ſi perſeuerat ꝙ de numero extat ſaluandorum. Unde ſecūda petri primo Fratres magis ſatagite vt per bona opera certam veſtram vocationem et electionē faciatis. Ad idē notabile geſtum ponit gaufridus ſuper apocalipſi prout refert vincentius in nona parte ſpeculi hiſtorial' libro.xxvij. Nam honorabilis quidam iohannes nomine ſacerdos eccleſie lugduneñ. propoſitum concepit ordinem ciſtercieñ.in monaſterio regulariſſimo intrare:mutato autem propoſito in eius recōpenſā limina ſancti iacobi viſitauit. A qbus domum propꝫ am rediens fatigatus ex itinere in cubiculo obdormiuit. Cui xp̄s cū ap̄lo petro et iacobo appuit. Petro aūt librū tenēti xp̄s iubet vt aperiat. Erat autē ſcriptus aureis lr̄is nomina predeſtinatorum continens. Et cum petrus legeret nomina plura et ad Johannem veniret predictum dicit xp̄s. Tolle tolle:dele eū dele:qꝛ meū ſe futurū ꝑmiſerat et reſiliſt a ꝑmiſſo. Accedēs aūt iacob⁹ orabat.dn̄e meus eſt pegrin⁹ ne deleas eum obſecro. Cui dn̄s. Meus inqt non pegrinus : ſed ciuis eſſe debuerat. Nōne mai⁹ eſt ciuē meū eſſe ꝙ tuū pegrinū? Et iterū iacob⁹. Ne qſo piiſſime eum deleas obſecro fide iubeo pro eoqꝫ propoſitum exequetur a dominus? Quando? Cui iacob⁹ Infra quindecim dierum ſpaciū. Et tunc iohannes euigilauit et ſolotenus proſtratus pro fideiuſſiōe btō iacobo gratias egit cū lachrimis dicens. Faciā ꝑꝛ⁹ beate iacobe quod pro me ſpopondiſti. Poſt fletum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Igitur iterum obdormiens vidit xp̄m ⁊ prefatos apo
ſtolos ac petrum ad chriſti iuſſum de libro legentem
ita: murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas
argento. Iterum euigilans ante dies promiſſionis
mox monaſterium bone vallis intrauit. Ubi primus
abbas effectus et poſt eccleſiie valentine antiſtes in
vita ⁊ morte multis choruſcans miraculis.

¶Tertio patet propoſitum ex virtuoſorum exemplo
rum continua refulgentia. Nam in omni pene arte
ac diſciplina tutius bonum ad exemplar quiſq̧ ope=
ratur extrinſecus preſertim ſit ſit diſcipulus. Patet
illud in ſcriptoribus ⁊ pictoribus ac opere polimi=
tico laborantibus. Non minus exemplari opus eſt ī
virtutibus volenti ſuccreſcere. Conſulit idem beatus
Bernardus dicens. Elige tibi meo. conſilio hominē
cuius vite exemplar ſic cordi tuo inſederit vt quoti=
ens eius recordatus fueris ad reuerentiam cogita=
ti aſſurgas ⁊ temetipſnm ordines ⁊ componas ac
ſi preſens ſit frequenter. Ego quod fateri non ve=
recundor corde durus ⁊ frigidus cum quererem in
quo recaleſceret ſpiritus meus nec vlla parte occur
reret qui ſuccurreret tunc ſubito forte ad affatum vł
etiam ad aſpectum cuiuſpiam ſpiritualis viri inter=
dum etiam ad ſolam defuncti ſeu abſentis memoriā
flabat ſpiritus ⁊ fluebant aque. Confundebār proin
de ⁊ humiliabar ⁊ indignum agnoſcebam cui per ſe=
ipſum dulceſceret deus doleo non meruiſſe de manu
in manum gratiam. Exiſſimo aliquos veſtros idem
expertos. Qua in re quid ſenttendum niſi quia no=
ſtra aut ſuperbia conuincitur aut humilitas cuſtodi
tur aut fraterna charitas nutritur. Eandem ſenten=
tiam ponit Seneca primo de declamationibus. Ali=
quis ait vir bonus eligendus eſt nobis ac ſemper an
te oculos habendus eſt vt ſic tanq̄ illo ſpectante vi=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uamus ⁊ omnia tāquā illo iudice facimus. Maria pars peccatorum tollitur ſi peccatori teſtis aſſiſtit. Aliquem habeat animus quem revereatur cui⁹ auctoritate ſecretum ſuum ſactius faciat. O felicē qui ſic aliquem vereri pōt vt ad memoriā ei⁹ ſe cōponat atq; ordinet qui ſic aliquē vereri pōt citius reverendus erit. Hec ille. Evidens autē eſt in quolibet reformato monaſterio multa taliuſmodi ꝟtutum reperiri exēplaria a q̄bus vicia vitari ⁊ ꝟtutes docent̄ operari. Idcirco pro tutiori norma viuendi qñ occurrūt de opabilib⁹ dubia datur a theologis regula talis quā ponit Johānes de cambaco de ſuo cōſolatu theologico. In dubijs inquit bonoꝝ virorum vita alijs viuendi debet regula eſſe.

¶ Decimū tertiū capl'm declarat decimū fructū q̄ eſt opeꝝ ꝑvota melioratio vbi oñdit̄ ꝙ idem factum per laicum ⁊ monaſticum eſt monacho magis meritoriū etiam ſi inuitus faciat.

Decimus fruct⁹ ē opeꝝ ꝑ vota melioratio Opeꝝ dico oim̄ q̄ ex obedientie ꝓcedunt voto. Sūt eñ tres bonoꝝ operum grad⁹ ⁊ differentie etiam radice charitatis preſuppoſita. Quedā q̄ ſine voto fiūt: alia ex voto ſimplici procedūt. alia aūt q̄ ex ſolēni voto profluunt. In primis multum eſt de merito. In ſecundis magis quis mereri pōt: ⁊ in vltimis maxime. Trib⁹ eī de cauſis ſcd'm thomā. 2. 2. q. lxxxviij. ar. vi. meli⁹ ē aliquid facere ex voto ꝙ̄ ſine voto ceteris parib⁹ puta cū equali charitate ⁊ leticia. Primo quia vouere eſt actus latrie que eſt precipua inter virtutes morales. Nobilioris autem virtutis eſt opus melius ⁊ magis meritorium. Unde actus inferioris virtutis eſt melior ⁊ magis meritorius ex hoc ꝙ imperatur a ſuperiori virtute cuius actus ſit per imperium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sicut actus fidei vel ſpei melior eſt ſi ĩperetur a cha
ritate. Et ideo actus aliarum puta ieiunare quod ē
actus abſtinentie ⁊ continere quod eſt actus caſtita
tis ſunt meliora et magis meritoria ſi fiant ex voto
quia ſic iam pertinent ad diuinum cultum quaſi q̄-
dam dei ſacrificia. Unde angu. dicit libro de virgini
tate ꝙ nec ipſa virginitas quia virginitas eſt ſed q̄r
deo dicata eſt honoratur. quaꝫ vouet ⁊ ſeruit continē
tia pietatis. ¶ Secundo quia qui vouet aliquid ⁊ fa
cit plus ſe deo ſubijcit ꝙ̄ ille qui ſolum facit. Subij-
bicit enim ſe deo non ſolum q̄tum ad actum ſed eti-
am quantum ad poteſtatem. quia de cetero non pōt
aliđ facere. Sicut plus daret homini qui daret ei ar
borem cum fructibus ꝙ̄ qui daret ei fructus tm̄ vt
dicit anſelmus libro de ſimilitudinibus. Et inde ē ꝙ
etiam ꝓmittentibus gratie aguntur. ¶ Tercio q̄r vo
luntas ibi imobiliter firmatur in bono. Facere autē
aliquid ex voluntate firmata ad perfectionem perti
net ⁊ ad bonum virtutis vt patet per phm̄ ſcđo ethi
corum. Sicut etiam peccare mente obſtinata aggra
uat peccatum ⁊ dicitur peccatum in ſpiritum ſanctū
Eſt preterea iter vota ſolemnia ⁊ inter opera ex eis
procedentia triplex differētia vt probat petrꝰ de pa-
lude in. 4. diſtin. xxxviij. ita vt votum ſolenne per ſa-
crum ordinem ſuſceptum ſit magnum ⁊ multum me
ritoriū ⁊ qđ factuꝫ eſt ĩ religiōe perfectiori maxie eſt
meritoriū. Emiſſū per approbate religionis profeſ-
ſionem eſt magis meritorium. Eſt inquit in voto ſo-
lēni plus de merito ꝙ̄ in ſimplici ſicut plus diligitur
vxor ꝙ̄ ſponſa. Uoto enim ſimplici caſtitatis ſit ſpō-
ſa dei indiſſolubiliter. ſed voto ſolēni ſpōſa chriſti fit
vxor agni. Sicut plus diligitur vxor ꝙ̄ ſponſa. Uoto
enim ſimplici indiſſolubiliter niſi ꝙ ante mortem eſt
matrimonium quaſi non conſummatum. vnde de fa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cto diſſoluitur et ſi non de iure. Poſt mortem autem nullomodo. Eſt proinde votum ſolẽne poſt profeſſionem maioris meriti inquantum votum eſt ꝙ ſolenne per ſacri ordinis ſuſceptionem: licet illud ſit maioris meriti eſſentialiter et materialiter ratione ſacramenti quod ex opere operato confert gratiam: non autem profeſſio. Diſpoſitiue tamen ſolennitas profeſſionis eſt maioris meriti ꝙ ordinis. Poſtremo autem ſolennitas profeſſionis vna comparatur ad aliam ſecundum maius et minus perfectum. et ſecundum magis ⁊ minus meritorium ſecundum opera eorum adque ſuut et ſecundum operationem mediorum per que ſunt. De quibus dictum fuit ſupra tractatu ſecundo capitulo. xix. Ex prefatis patet ꝙ acceptabilius eſt deo bonuz opus alicuius approbatam religionem profeſſi: ꝙ hominis cuiuſcunqꝫ ſecularis modis pretactis. Probat hoc etiaz anſelmꝰ libro de ſimilitudinibus in hec verba. Uideri poteſt acceptabilius eſſe deo opus bonum monachi: ꝙ hominis cuiuſcunqꝫ ſecularis. Solet quippe accidere duos eſſe hominis ſub domino ſingulas habentes arbores in proprio ſolo. Arbores autem ille bonum fructum ferunt vtreqꝫ: verum illi qui inequaliter dominum diligunt et ei inequaliter de fructu earum ſeruiunt. Unus enim quia nimis diligit fructum maturum colligit: et domino deinde fert quantum ſibi viſum fuerit. Alius vero tantum diligit vt dicat domimino. Ecce malo fructum cum arbore: veſtra eſſe ꝙ mea. ipſam aſſignabo veſtro propoſito vt exinde fructum colligat: prout vos velle nouerit. Et ego quanta valeã diligẽtia cuſtodiã arborẽ vr̃e vtilitati. Sic ⁊ ſeruiciũ monachi deo eſt magis acceptuz ꝙ hominis ſclaris. Hec ibi. Et applicat late ad ꝓpoſitã ſili-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudiez. Hec q̄ tā dicta ſūt: locū q̄dā hn̄t i his q̄ volūta
te i ſclo manētes vł i mōaſtiū itrātes nec laudis hoſti
am ſacrificāt. ¶ Sꝫ quid fiet de triplici genere homi-
num ſcilicet de eis qui in ſeculo manentes aliqua vo
uerunt: aut in nouiciatu tentati aut facta profeſſio-
ne inuite faciunt ea ad que ſe voluntarie antea obtu
lerunt: immo dolent ſe vouiſſe vel religionis aut ꝓ-
bationis habitum aſſumpſiſſe. Reſpōdetur ꝙ adhuc
vtilia ſunt opera etiam ſi ab aliqualiter inuitis fiant
Unde dicendum ad primum ſecundum anſelmū vbi
ſupra et thomam. ſecunda ſecunde. queſt. lxxxviij. ar.
ſexto ſic dicit in ſolutiōe ad. ij. arg. neceſſitas voti in
his qui ſunt bene diſpoſitioni voluntatem confirmat
non cauſat triſtitiam. Unde augu. dicit in epiſtola
ad paulinum. Non te vouiſſe peniteat immo potius
gaude iam tibi non ſic te licere quod cum tuo detri-
mento licuiſſet. Si tamen ipſum opus ſecundum ſe
conſideratum triſte ⁊ inuoluntarium redderetur pꝰ
votum dummodo remaneat voluntas votum adim-
plendi adhuc eſt magis meritoriū q̄ꝫ ſi fieret ſine vo
to. Quia impletio voti eſt actus religionis qui eſt
potior virtus q̄ꝫ abſtinentia cuius actus eſt ieiunare
Hec ille. Et petrus de palude vbi prius ꝙ ſi quis de
voto peniteat alias non facturus niſi quia non vult
votum frangere adhuc eſt magis meritorium ſecun-
dum bernardum. Unde a principio quando vouit et
et non ſoluit tantum meruit q̄ꝫtum ſi in voto ſoluit: ⁊
huic merito ſuperadditum eſt meritum iuſticie quo
vult facere quod promiſit. Secundo quia licet ſit tri
ſticia in hoc ꝙ vouit ⁊ quedam inuoluntas: tamen i
ſoluendo quod vouit ⁊ in venerando votum eſt volū
tarium. Tercio etiam videtur ꝙ non demeretur in
hoc ꝙ vellet non vouiſſe quia ſicut a principio nō te-
nebatur vouere ſic nec ex poſt facto tenebatur ſolue

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re. Uel dato ꝙ penitere de bono ſit tibi peccatum nõ tamen propter hoc impeditur quin volendo bonum mereatur: maxime ſi ſint diuerſi actus. ¶ Ad ſecundum per idem dicendum eſt. ¶ Unde anſelmus de ſimilitudinibus dicit. Attendant nouicij quoniã ſic agit qui monachatus accipit difficultatem quomodo infirmus qui grauem accipit potionem. In firmus plerumq potionem querit curatiuam: medico ſuadēte emit vel datam gratis: accipit ſed ſumpta potione omnia membra percurrit malos humores trahit vires tollit: corpus diſſoluit terre proſternit infirmũ deſiderium maximum bibendi accendit vel dormiendi vel foras ad ventum eundi. Eiq medicus hoc interdicit comminans ꝙ morietur ſi hoc fecerit. Heu me inquit infirmus cur hanc potionem accepi male prius erat: modo peius habeo. ꝙ male conſiliati ſũt qui hoc michi ſuaſerunt ⁊ non mala predixerunt. Cũ vero mali humores defluxe ceperint et corpus leuigari gaudet et benedicit ſuadentibus mediciciam. Sic plerumq cum infirmitatem viciorum in ſe conſiderant aliqui religionem intraut et eis accidit vt anſelmus ibi deducit. ¶ Ad tertium patet reſponſio ſicut ad primum et ex ſimilitudine anſelmi de arbore ⁊ fructu totaliter deo datis. ⁊c.

¶ Quartum decimum capitulum manifeſtat vñciuꝫ fructum qui eſt pctī cõmiſſi minoratio vbi oñdit ꝙ tribus caſibus exceptis idem pctm̃ per religioſũ ⁊ ꝑ ſclarē ꝯmiſſũ religioſo quo ad plura eſt tolerabiliꝰ.

Vndecimus fructus religionis eſt peccati commiſſi minoratio. quando ſaltez ſit ſine ſcandalo non ex contemptu nec contra preceptũ ſeu votũ ſed ex infirmitate vł ignorãtia. Unde ſanctus Thomas ſecunda ſcđe. q. lxxxvi. q̃rit an religioſꝰ eodē gñe peccati grauiꝰ pecꝫ ꝙ ſcla-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris. Reſpondet φ non tribus caſibus exceptis. Peccatum inquit φ a religioſis committit poteſt eē grauius peccato ſecularū eiuſdem ſpeciei tripliciter.
¶ Uno modo ſi ſit contra votū religionis: puta ſi religioſus fornicet vel furet q2 fornicando facit contra votū continentie ꝛ furando facit contra votū paupertatis ꝛ non ſolū contra preceptū diuine legis.
¶ Secūdo ſi ex contemptu peccet q2 ex hoc videtur eſſe magis ingratus diuinis beneficijs quib9 eſt ſublimat9 ad ſtatū perfectionis ſicut apoſtol9 dicit hebreos decimo. Q̄ſ fidelis grauiora mereſ ſupplicia ex hoc φ peccando filium dei conculcat per contēptū. Unde ꝛ dn̄s conquerit Hieremie. xi. Quid eſt φ dilect9 me9 in domo mea fecit ſcelera multa. Et ibidem xxiij. Contritum eſt cor meum in medio mei. Et poſtea ſubdit. Nam ꝛ ſacerdotes polluti ſūt in domo mea vidi malū eoꝝ. Si enim religioſi ad hoc perueniant φ ex contemptu peccēt efficiūtur peſſimi ꝛ maxime incorrigibiles ſecūdū illd Hieremie. ij. Confregiſti iugū: diruptiſti vincula: dixiſti non ſeruiam in oī colle ſublimi ꝛ ſub omni ligno frondoſo proſternabaris meretrix. Et Auguſtin9 dicit in epiſtola ad plebē ypponēſem. Ex quo deo ſeruire cepi: quō difficile ſū expert9 meliores φ q̄ in monaſterijs profecerūt ita nō ſū expert9 peiores φ q̄ in monaſterijs defecerūt ꝛ ceciderūt. Tūc aūt committit aliqs vel tranſgredit ex contemptu qn̄ volūtas eiuſdem rennuit ſubijci ordīationi legis vel regule ꝛ ex hoc procedit ad faciendū contra legem vel regulam. Quando aūt ecōuerſo ꝑpter aliquam particularem cauſam puta concupiſcētiam vel iram inducit ad aliqua faciendum contra legis ſtatuta vel regule non peccat ex contemptu ſꝫ ex aliqua cauſa alia etiam ſi frequenter ex eadem cā vel ſimili pecca iteret ſicut Auguſtin9 dicit libro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de natura ⁊ gratia ꝙ non omnia peccata cōmittūtur
ex contemptu ſuperbie. Frequentia tamen pecati diſ
poſitiue inducit ad contemptū ſcđm illđ prouerbioꝝ
xviij. Impi⁹ cū in profūdū venerit contempnit.
¶ Tertio peccatū religioſi poteſt eſſe mai⁹ propter
ſcandalum qꝛ ad vitam ei⁹ plures reſpiciūt. Unde di
cit Hieremie. xxiij In prophetis hierl'm vidi ſimili-
tudinē adulterij ⁊ iter mendacij ꝯfortauerūt manus
peſſimoꝝ vt nō cōuerterent vnuſquiſ a malicia ſua. Si
vero religioſ⁹ nō ex cōtēptu ſed ex infirmitate vel igno
rātia aliqđ pctm̄ qđ nō eſt cōtra votū ſue ꝓfeſſionis
cōmittit abſ ſcandalo puta in occulto leui⁹ peccat
eodem gñe pcti ꝙ ſclaris. Quia pctm̄ ei⁹ ſi ſit leue
qſi abſorbet ex m̄ltis bonis operibus q̄ facit ⁊ ſi ſit
mortale facili⁹ ab eo reſurgit: ¶ Primo q̄dem ꝓpter
intētionē quā hꝫ erectam ad deū. Que ⁊ ſi ad horam
intercipiat de facili ad p̄ſtina reparat. Un̄ ſup illud
pſalmi cū ceciderit nō collidet. Dicit origenes. In-
iuſt⁹ ſi peccauerit nō penitet ⁊ pctm̄ ſuū emendare ne
ſcit. Iuſt⁹ aūt ſcit emēdare ſcit corrigere ſic ille q̄ dixe
rat neſcio hominē paulo poſt cū reſpect⁹ fuiſſet a dño
flere cepit amariſſime. Et ille q̄ de tecto mulierē vi-
derat ⁊ cupiebat eā dicere voluit. Peccare volui et
malū coram te feci. Iuuat etiam a ſocijs ad reſurgē
dū ſcđm illđ eccleſiaſtes. iiij. Si vn⁹ ceciderit ab al-
tero fulcietur. Ue ſoli qꝛ cum ceciderit nō habet ſub
leuātem. His concordat illđ paralipomenō. iiij. Dñs
cūctis bonis ꝓpiciabit q̄ in toto corde requirūt dñm
deū pr̄m ſuoꝝ ⁊ nō iputabit eis ꝙ min⁹ ſctificati ſūt.
Sꝫ magis vident religioſi dñm deū pr̄m ſuū ſeq̄ ꝙ ſe
culares q̄ ex pte ſe ⁊ ſua deo donāt ⁊ ex pte reſeruāt ſi
bi vt Gregori⁹ dicit ſuper ezechielem. Ergo min⁹ ipu
tat eis ſi aliquo modo a ſanctificatione deficiant in
his que ꝑ infirmitatem vel ignorantiam cōmittūtur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſicut ex hoc ꝙ aliquis bona opera facit minus cõtra peccata eius dñs aliquãdo iraſcitur. Dicitur enĩ. ij. paralipomenõ. xix. Impio prebes auxilium ⁊ hijs q̃ oderunt dñm amicitia iũgeris ⁊ idcirco iram quidẽ dñi merebaris: ſed bona opa inuẽta ſunt in te. Quãꝙ ioſaphat cui illa ꝟba dicũtur non ex malicia ſ3 ex quadã infirmitate hũane affectionis peccauerit. Religioſi autem plura bona opa faciũt ꝙ ſeclares et ſi aliqua peccata faciũt minꝰ deus cõtra eos iraſcitur Juſti etiam non de facili peccãt ex cõtemptu ſ3 qñq3 labũtur in aliqͦd ptm̃ ex ignorantia vel infirmitate a quo de facili releuãtur. Hoc omnia ſũt ꝟba Thome vbi ſupra tã de nono ꝙ de decimo articulis. Ex quibus ſequitur ꝙ quatuor de cauſis minus peccat aut citius reſurgit in religione labens ꝙ in ſeculo exñs tribus demptis caſibꝰ p̃notatis. ¶ Primo qr religioſus eſt feruẽtior ⁊ animo erectior ad deum ſicut candela extincta cuius carbo adhuc calet cito reinflammatur. ¶ Secũdo quia religioſus cõſuetudinem deo ſeruiendi habet efficatius ⁊ ſibi peccare eſt magis inſolitum ſicut lignum ad vnam parte3 curuatum ſi ad oppoſitam partem deflectitur ſtatim ad priorem reddit plagam. Unde eſt auerſum. ¶ Tertio qr magnã bonorum habet ſocietatem que orationibꝰ prece correctionibꝰ ⁊ exẽplis nõ ſinit diu iacere in peccato collapſum. Sicut in bello amici coamicum cadentẽ vel preſſum pro viribus eleuant vel ſanant. ¶ Quarto quia ex infinita dei miſericordia deus opera bonorum in charitate ardue factorum ſepe inſpicit. ⁊ in facinora collapſos clementer erigit: ſicut dominus cui ſeruus diu bene ſeruit in ſe peccantem quidem punit ſed nonnunꝙ recordatus de antiquis obſequijs offẽdenti iniuriam dimittit. ¶ Ad prefatam ſententiam beati Anſelmi libro de ſilitudinibus duo accõmoda

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exempla ponūtur cuiꝰ verba ſunt hec. Dicit aliquis
melius eſſet vt deo ſine profeſſine quis ſeruiret ſpon
taneus q̄ in monaſterio profeſſione ſe alligans ſerui
re cogeretur inuitus. Reſpondeo tanta diſtantia eſt in
ter illum qui non vult deo facere profeſſionem ad ſer
uiendum ſibi ⁊ eum qui libenter eam facit quāta in=
ter homines duos qui ambo ex debito debent ſerui=
re dn̄o vni ſed vnus eorum accedit ad dominum ⁊ di
cit. Dn̄e ex toto corde tibi ſeruire volo ſed me tibi fi=
delem promittere nolo. Quia ſi tibi hoc promitto et
poſt tibi peccarem grauius delinquens grauiori vin
dicta dignus exiſterem. Quanto autem melius po=
tero ſeruiam tibi: ſed ſi quando peccauero tibi iudi=
ca me vt illum qui ſe tibi eſſe fidelem minime promi=
ſit. Alter vo venit ⁊ dicit. Domine ex toto corde meo
te diligo tibiqꝫ fidelitatem ⁊ ſubiectionem promitto
vt ſi aliquando fecero contra preceptum tuum non
me iudices vt alienum ſed emendes vt proprium ſer
uum. His itaqꝫ dictis euenit vt idem paccatum po=
ſtea faciant: ac deinde penitentes ad miſericordiam
domini ſui veniant. Dicit itaqꝫ dominus illi qui fide
litatem promittere noluit quare hoc feciſti. At ille
Domine confiteor quia deliqui: ſed tamē me tibi nō
eſſe delicturum promiſi. Sed ille. Ideo ne inquit no=
luiſti michi fidelitatem promittere: vt poſſis contra
me liberius peccare. Ergo ⁊ ego circa te non vt er=
ga meum: ſed vt aduerſus alienum agam: totum qđ
erat mei iuris vſqꝫ ad vltimum quadrantem exigā.
Ad alium vero ita dicit. Tu ſerue qui michi fideli=
tatem promiſeras ⁊ ideo tibi magis cauere debue=
ras quare hoc feciſti. At ille. Domine inquit confi=
teor reuera me deliquiſſe: tibiqꝫ fidelitatem promiſiſ
ſe. Sed poſtq̄ me penitet quia deliqui debeo ergo pe
ius pati: quia tibi fidelitatem anteq̄ deliquiſſē pro=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niſi ꝙ ille qui deliquit tibi ⁊ non vult promittere eti
am poſtꝙ peccauit. Ideo quippe me eſſe tuum volui
vt ſi quando peccarem non me iudicares vt alienum
ſed emendares vt proprium. Ait dominus. Ita eſt in
quit vt dicis. Cum ergo voluero de te vindictam acci-
piam vt de meo. Sic deus inter profeſſum monachū
⁊ nolentem profiteri iudicat ſi eos contra eum pec-
caſſe peniteat. ¶ Non ſolum autem profeſſum mi-
tius iudicat a non profeſſo ſed et a quolibet lay-
co adhuc in adhuc in ſeculo conſtituto. Licet eñ vter
ꝗ idem peccatū cōmittat tñ toto ex corde monachū
deliquiſſe peniteat: eumꝗ cui ſe ſubdit ordinem fer-
uēti amore cuſtodiat maiorem ꝙ laycus miſericor-
diam conſequitur ꝙtumlibet ille peniteat ſclaribus
adhuc detentus. Si vero penitere noluerit maiori ꝙ
laycus damnationi ſubiacebit. Quod vt apertius a
ſimili videamus homines duos vnius dñi ſeruos in
tueamur. Ambo itaꝗ a domino ille profeſſiones pro
prias contineant ſibi iureiurādo promiſſo ꝙ ei fide-
les exiſtāt. Unus tamen eorum conditione tali hoc
faciat ꝙ ſi quid i eum quādoꝗ delinquat de proprio
ſue prout fuerit iuſtum emendet. Alter vero dominū
a deo diligat vt nichil proprium retinēs ſed omnibꝰ
ei dimiſſis familiarius ſibi malit ſeruire hoc etiā pa
ctum cum eo faciat ꝙ ſi quādoꝗ quid cōtra eū delin
quat: de ſeipſo non de re aliena ſed vt de proprio quā
voluerit vindictam ſumat. His actis ſi culpam ean-
dem committit vterꝗ: ac deinde penitentia ducti ve-
lint emendare: ſed ille de proprio quia nec adhuc to-
tum vult dare pro illius culpe ſatiſfactione. Alius ve
ro de ſeipſo quoniam etiam iam totum prius dñi ſui
mancipauerat poteſtati vidēſꝗ dñs ꝙ ille tm̄ facere
noluit: etiam poſtꝙ ſibi peccauerit ꝙtum ille prius ꝙ
in illum delinqueret fecit. De quo in quā maiorem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

velle videtur habere miſericordiam. An cum illo videtur velle mitius agere quem operibus comprobat minus diligere ſe. Qđ ſi hũc velit altero duriꝰ arguere ſerue inquiens male tu quanto mihi eris familiarior tanto es culpabilior poteſt iſte reſpondere ſibi. Dñe verum eſt quod dicis ſed ꝙ diu penitere volui aut poſtꝙ toto ex corde peniteo meꝗ ipm in emẽdationẽ trado nũquid nõ illo peiꝰ debeo pati ꝗ nec illđ qđ hꝫ tibi totũ vult dare pro ſatiſfactione ſui cõmiſſi Juſtũ ne videt vt qꝛ te magiſ dilexi miorẽ debeo miaꝫ cõſequi. Immo eo maiorẽ michi facere debes miam quo nullã maiorẽ tibi poſſum facere ſatiſfactionem Quid aliud dñs diceret ꝙ qđ veritas habet. Hunc mitiꝰ iudicaret vt ex toto proprium illum vero ſeuerius vt minꝰ ſibi priuatum. Sic ergo deꝰ mitiꝰ indulget monacho qui ſe ei totũ committit ꝙ layco dare nolenti ſe vel ſua pro his que commiſit. Hec omnia Anſelmus.

¶ Quintum decimum capitulum concludit duodecimũ fructũ qui eſt iudiciaria ptãs vbi oñditur quõ in extremo iudicio multi iudicare dicũtur ſꝫ religioſi perfecti pfectius aliis.

Dodecimus fructꝰ eſt iudiciare poteſtatis traditio. Judiciaria eni poteſtas in vniuerſali iudicio extremo reſpondet voluntarie paupertati quam religioſi omnes profitentur. Unde Job. xxxvi. Non ſaluat impios ⁊ iudiciũ pauperibꝰ tribuit. Et Mathei. xix. ſuper illud. Uos qui reliquiſtis oia ⁊c. dicit gloſa. Qui relinquunt omnia ſecuti ſunt deum hi iudices erunt: ſed qui licita habentes recte vſi ſunt iudicabuntur. Item patet ex modo loquendi textus Mathei decimo nono. Ubi petrus primo allegat



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicens ⁊ petens quid ſibi daretur pꝛo volũtaria pau
pertate. Ecce ait nos reliquimus omnia et ſecuti ſu
mus te quid ergo ergo erit nobis? Et chꝛiſtus ſubiũ
git et canit eccleſia in miſſali officio. Amen dico vo-
bis: quos qui reliquiſtis omnia et ſecuti eſtis me. ⁊c.
ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodeci
tribus iſrael. ⁊c. Ergo pꝛemium paupertatis et chꝛi
ſti ſequele eſt iudiciaria poteſtas. Item ad idem eſt
iheronimus ſuper matthei. xix. dicens. Quia ergo
non ſufficit tantum relinquere iungit quod perfectũ
eſt et ſecuti eſtis me. Ad idem eſt auguſti. libꝛo de pe
nitentia ſic dicens. In hoc nũero ſcilicet duodenario
omnes intelliguntur qui pꝛopter euangeliũ ſua om
nia dimiſerunt et ſecuti ſunt dominum. Item grego-
rius decimo moꝛalium. Quiſquis ſtimulo diuini a-
moꝛis excitatus hic poſſeſſa reliquerit illic pꝛocul-
dubio culmen iudiciarie poteſtatis obtinebit. Ut ſi-
mul tunc iudex cum iudice veniat. qui nunc conſide-
ratione iudicij ſeſe ſpontanea paupertate caſtigat.
Iterum ibidem oꝛigenes. Si quis reliquerit omnia
⁊ ſecutus fuerit chꝛiſtum que pꝛomiſſa ſunt petro et
ipſe recipiet. Si autem omnia relinquid ſed quedam
que ſpecialiter referuntur hic multiplicia recipiet ⁊
vitam poſſidebit eternam. Iterum magiſter ſenten-
tiarum in quarto diſtin. xvij. ad idem ſic dicit. Per
duodecim ſedes pꝛofecto tribunalis vniuerſitas iu-
dicantium intelligitur ſcilicet omnes perfecti qui re
lictis omnibus ſecuti ſunt chꝛiſtum. Per duodecim
tribus vniuerſitas iudicandoꝛum. Judicabunt eos
vero ſancti non modo comparatione: ſed etiam au-
ctoꝛitate et poteſtate. Hec ille. Debetur autem pau-
pertati dicit ſanctus thomas in quarto diſtinct. xlvij
iudiciaria poteſtas pꝛopter tria ſpecialiter. ¶ Pꝛio
ratione congruitatis. Quia voluntaria paupertas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt eorum qui omnibus que mundi ſunt contemptis ſoli chriſto inherent et ideo non eſt in eis aliquid qḋ eorum iudicium a iuſticia deflectat vnde ydonei ad iudicandum redduntur quaſi veritatem iuſticie pre omnibus diligentes. ¶ Secundo per modum meriti quia humilitati correſpondet exaltatio pro merito. Inter omnia autem que hominem in hoc mundo deſpectum faciunt. precipuum eſt paupertas. Unde et pauperibus excellētia iudiciarie poteſtatis promittitur vt ſic qui ſe propter chriſtum humiliat exaltet. ¶ Tercio quia paupertas diſponit ad predictum modum iudicandi: Ex hoc enim aliquis ſanctorum iudicare diceretur vt ex predictis patet quia cor habebit edoctum omni diuina veritate qua aliꝫ potens erit manifeſtare. In progreſſu autem ad perfectiōeꝫ primum quod relinquenduꝫ occurrit ſunt exteriores diuitie quia hee ſunt vltimo acquiſite. Quod autem eſt vltimū in generatione eſt primum in deſtructione Unde etiam inter beatitudines quibus eſt progreſſus ad perfectioneꝫ primo ponitur paupertas. Et ſic paupertati correſpondet iudiciaria poteſtas in quātum eſt prima diſpoſitio ad poteſtatem predictā. Et hinc eſt ꝙ non quibuſcunꝙ pauperibus etiam voluntarie repromittitur ſꝫ illis qui relinquentes omnia ſequuntur xp̄m ſecundum perfectionem vite. Et quāuis multi licite diuitiꝫs vtentes erunt maioris meriti multi voluntarie pauperibus et ſic eiſdem ſuperiores. Et qui pauperes fuerunt ſic inferiores. Tn̄ licꝫ inferior nō poſſit iudicare ſupiorem auctoritate propria. ſed tamē auctoritate ſuperioris poteſt. Et ideo non eſt inconueniens ſi iudicium datur iudicandi tā ꝙ accidentale premium pauperibus. vt iudicent alios etiam qui ſunt excellentiores merito reſpectu premiꝫ eſſentialis. Hec thomas. Sciendum tamen vt di

cit petrus in quarto diſtinctio.xlviij. q iudicare po-
teſt competere alicui multipliciter. ¶ Primo per mo
dum primarie poteſtatis et auctoritatis ⁊ ſic compe
tit ſoli trinitati. ¶ Secundo per modum primarie de
legationis ⁊ ſic competit ſoli chriſto ſecundum hũa-
nitatem. ¶ Tertio per modum aſſeſſorie dignitatis
et ſic iudicabunt ſãcti. ⁊ perfecti ⁊ eorum imitatores
ſicut ꝓmittit chriſtus matthei.xix. Uos q reliquiſtis
omnia et ſecuti eſtis me. ⁊c. ¶ Quarto per modum
approbatiõis et ſic iudicabunt oms ſancti. Sapien-
tie.tertio. Iudicabũt ſancti nationes. ¶ Quinto per
modum comprobationis ⁊ ſic iudicabunt vel debent
iudicare minus mali magis malos: inqtum eorum
comparatione damnabiliores apparent. Et ſic dicit
matthei.xij. Uiri niniuite ſurgent in iudicio cum ge
neratione hac et condemnabunt eam. Probatur igi
tur chriſtum ſequentes in religione voluntas dei ꝑ-
fecta in aſſeſſoria ⁊ iudiciaria poteſtate finaliter per
quam etiam tandem eis pauperibus ſicut chriſtus
promiſit vite eterne dabitur poſſeſſio. Ad quam nos
ipſe perducat qui in euum viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Finit tractatus de religioſorum reformatione fru
ctuoſiſſimus induſtria Iohannis barbier impreſſus
Impenſis vero honeſti viri Iohannis petit parrhy
ſieñ. academie librarij iurati ſub lilio aureo reſiden-
tis Anno humane redemptionis quingẽteſimo duo
decimo ſupra milleſimum ſexto nonas maias.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte